1


DECRETA IN PROVINCIALI SYNODO SVRRENTINA

Sub Reuerendiss. Iosepho Donzelo Archiepiscopo ædita. Anno 1584. Mense Maij.



Synodus Diocesana [illegible] de anno 1585. habet pag: 118. =





VICI ÆQVENSIS

Apud Josephum Cacchiũ. M.D.LXXXV



IOSEPHVS DONZELVS

Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Surrenti, Prouinciæ nostræ fidelibus salutẽ in Domino.





OLLEGIMVS sanctiones tam nostræ Ecclesiæ atq; Prouinciæ per nos, & nostros antecessores diuersis temporibus promulgatas, quàm etiam nonnullarum ecclesiarum, atq; prouinciarum à magnis præsulibus æditas, & ab Apostolica Sede comẽdatas, & approbatas, quas ad rem nostram, seu Christi potius, et animarnm salutem,

nobis ac nostris comprouĩcialibus Episcopis creditarum ſalutem, de conſilio atq; aſſenſu eorundem Reuerendiſsimorum coepiſcoporum, pertinere iudicauimus. Et in postremis noſtris prouinciali, & dioceſana Synodis in pleno conſeſſu recitari, publicari, manibusq́; atq́; oculis omnium ita exponi fecimus, vt nulla earũ ignoratio quempiam ſubiectorũ poſsit excuſare. Nũc verò plenius illarũ firmitati, atq́; obſeruationi cõſulẽtes Typis excudẽdas curauimus, vt quæ quisq́; in cõciliaribus ſeſsionibus publice pronuntiari, atq́; decerni intellexit, ea domi, & horis, quibus magis libuerit, memoria repetat; & quantum in ſe eſt firma, atq́; inconcuſſa eſſe velit, & efficiat. Nihil enim in ipſis non vtile,

non

non salutare, non necessarium inueniet, nihil factu difficile, si sola aderit faciendi volũtas; quam, cuiq; à Deo bonam, beneplacentem, atque perfectã precamur. vt ex eo facile intelligat nullas esse diuitias excellentiores non alibi sitam humani generis fælicitatem, quàm in ipsis sacris legibus obseruandis, & in sancta vocatione, qua quisq; à Deo se vocatũ agnoscit, (vt uirum, & Christi sectatorem decet) dignè progredi teneatur, atq; diuinũ opus non negligẽter tractet, quod reprobum est, & maledictum, sed illud ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus diligat atq; amplectatur, sicut et Christus nos immeritos, & nostram salutem ita dilexit, vt nullis incõmodis, laboribus proprio sanguini,

nec vita demum pepercerit thesauros, & ipsum celeste Regnum nobis patefecerit, obtulerit, ipsiusq́ Regni, et thesauri indeficiẽtis claues, apud nos ipsos homines, sacerdotes. s. p̃sules, summum precipue Põtificem perpetuò esse voluerit, sola mutua inter nos et erga Deum dilectione, atq́ obedientia erga maiores nostros pretij loco contentus. Eia igitur fratres carißimi tam magna præmia, nunquam peritura, tam paruo impendio, ac breui finiendo labore vobis parate. Nosq́ vestra virtute atq́ orationibus iuuate, nè oneri, (quod quàm graue, & longè impar nostris viribus sit, in dies magis experimur) succumbamus, vestræq́ omniũ saluti, q̄bus tenemur me dijs plenè cõsulamus. Valete in Dom.

De fidei profeßione, & iuramento præstando.



ACRI Tridentini Conc. authoritate suffulti mãdamus, vt omnes interessentes Synodis dioecesanis, vel prouincialibus omnia & singula ab eadem Synodo statuta palam recipiant, veramq; obedientiam Sanctiß. D. N. Papæ spondeant, hæreses omnes publicè detestentur, fidem eisdem profiteantur verbis, quibus formula Sanctiß. D. Pij Papæ iiij. præscripta est. videlicet.

Ego N. firma fide credo & profiteor omnia & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicet. Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem coeli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium. Et in vnum dominum Iesum Christum filium Dei vnigenitum: Et ex patre natũ ante omnia secula, Deum de Deo lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est. Et resurexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in coelum, sedet ad dexteram patris. Et iterum

venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum dominum & viuificantem, qui ex patre filioq; procedit. Qui cum patre, & filio simul adoratur & conglorificatur, qui locutus est per prophetas. Et vnam sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionẽ mortuorũ. Et vitam venturi seculi. Amen. Apostolicas & ecclesiasticas traditiones, reliquasq; eiusdem Ecclesiæ obseruationes & constitutiones firmissimè admitto, & amplector. item sacram scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum scripturarum, admitto, nec eam vnquam, nisi iuxta vnanimẽ consensnm patrum, accipiam & interpretabor. Profiteor quoque septem esse verè & propriè Sacramenta nouæ legis à Iesu Christo domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam Poenitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium: illaque gratiam conferre; & ex his Baptismum, confirmationem & ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque & approbatos Ecclesiæ catholicæ ritus, in supra dictorum omnium sacramentorũ solemni administratione recipio, & admitto. Omnia, & singula quæ de peccato originali, & de iustificatione in sacro sancta Tridentina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector & recipio. Profiteor pariter in missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro viuis & defunctis: atq; in sanctissimo Eucharistiæ sacramento esse verè, realiter,

& sub-

& substantialiter corpus, & sanguinem, vna cum anima & diuinitate domini nostri Iesu Christi, fierique conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substãtiæ vini in sanguinem: quam conuersionem Catholica Ecclesia trãsubstantiationem appellat. Fateor etiã sub altera tãtum specie, totum atque integrum Christum verumq. Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium eße, animasq; ibi detentas fidelium suffragijs iuuari. Similiter & Sanctos vna cum Christo regnãtes, venerandos atque inuocãdos esse, eosquè orationes Deo pro nobis offerre, atq; eorũ reliquias esse venerandas. Firmissimè aßero Imagines Christi, ac Deiparæ semper virginis, necnon aliorum Sanctorum habẽdas, & retinẽdas esse, atq; eis debitũ honorem ac venerationem impartinendum. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuiße, illarumq. vsũ Christiano populo maxime salutarem eße affirmo. Sãctã catholicã & Apostolicam Romanã Ecclesiam omniũ Ecclesiarũ matrem, & magistrã agnosco. Romanoq; Pontifici beati Petri Apostolorũ prĩcipis successori, ac Iesu Christi Vicario verã obediẽtiam spõdeo ac iuro. Cetera item omnia à sacris Canonibus, et oecumenicis Cõcilijs, ac præcipue a sacrosancta Tridẽtina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio atq; profiteor: simulq; contraria omnia, atq; hæreses quascunq; ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas ego pariter damno reiicio & anathematizo. Hanc verã catholicam fidẽ, extra quã nemo saluus esse potest, quã ĩ præsẽti sponte profiteor, & veraciter teneo, eamdem integrã & ĩuiolatam vsque ad extremum vitæ spiritum constantissime Deo adiuuante retinere, & confiteri. atq; a meis subditis, vel il-

vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. ſpondeo, voueo ac iuro. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

TESTES vero synodales, ultra prædictam profesſionem, etiam iuramentum præſtent, hac vtentes formula: Ego. N. teſtis ſynodalis ſpondeo, quod amodò in antea, quicquid audiam, uel cognoſcam contra legẽ Dei & rectam Chriſtianæ viuendi rationem in diœceſi michi commiſſa, & ad meam cognitionẽ quocunq; modo deuenerit ſemoto omni timore, prece, pretio, vel amore, nullatenus celabo quandocunq; veritatẽ à Reuerendiſs. meo Epiſcopo exquiri contingerit.

ELECTI omnes, prouiſi, vel preſentati ad officia, vel beneficia eccleſiaſtica non admictantur, niſi prius huiuſmodi iuramentum emictant ſcilicet Ego. N. electus &c. per hæc ſancta Dei euangelia iuro, neq; me Beneficij vel officij obtinendi cauſa, quicquam collatori, & patrono, electoriue promiſiſſe, nec me ſciente à quoquam datum, uel promiſſum eſſe, ita me Deus adiuuet. Quod iuramentũ in manibus ordinarij præſtetur, antequàm admictantur ad poſſeſſionem.

PAROCHI, fidei profeſſione emiſſa ſe Sedi Apoſtolicæ, & Epiſcopo ſuo, eiuſq; ſucceſſoribus obtemperaturos iuxta ſacri Concilij Tridentini decretum; reſidẽtiam facturos iuxta Pij 4 determinationem; iuramentum præſtabunt; iura Eccleſiarum parochialium, quibus præsunt, pro uiribus ſuis defenſuros, bonaq; earumdem Eccleſiarum conſeruaturos, non alienaturos; quæ uero iniuſtè vendita à ſuis prædeceſſoribus, vel alienata fuerint

rint, quantum in ipsis est, se recuperaturos.

CONCIOnatores, vbi primùm in aliqua ciuitate, siue diœcesi sunt concionaturi, fidei professionem, iuxta formam præscriptam in bulla Pij 4 emittant, nisi docuerint se alias eamdem emisisse.

EXAMInatores ipsorũ Parochorum, aliorumq; clericorũ in Concilijs his deputandis, si modo haberi possunt, magistri sint, seu doctores, aut in Theologia licentiati, iuxta sacri Concilij Tridentini præfinitionem, qui se fideliter susceptũ onus exequuturos iurare debeãt. nec quic quã occasione examinis ãte, uel post prorsus accepturos.

LVDI magistri omnes, & qui cuiusqumque status, gradus, aut dignitatis sint quouis modo publicè, aut priuatè domi suæ, uel alienæ pueros, adolescentes, aliosue cuiusuis sexus, & etatis quascunque artes literarias, etiam si gratis faciant, legendo, interpetrando, etiam prima ipsa grãmaticæ rudimenta, quorum omnium mores, antequam ad docendum accedãt diligenter sunt explorandi, & fidei professionem facere, et iuramẽtum præstare omnino debeant: alioquin penas de his in eadem constituitione propositas luent. quam professionem, & iuramentum nõ semel tantum sed initio cuiuslibet anni emittere, atq; præstare solemniter compellantur.

MEDICI cuiusuis generis sint, ultra fidei professionem, insuper iurent, cũ ad infirmos in lecto iacentes uocati fuerint, ipsos ante omnia, infra dierum trium visitationem monituros, ut sua peccata iuxta S.R.E. edictum, & Pij .V. præscriptum confiteantur, quod si id adimplere neglexerint, se vlterius minime visitaturos.

PVNctatores eligendi in prouinciali, uel dioecesana Sy-

na Sy-

na Synodo, ibidem iuramentum sub his verbis prestabunt: Ego N. punctatoris officium, quod suscepi, per hæc sancta Dei euangelia iuratus sanctè promitto, ac spōdeo me fideliter, & sincerè, quantùm in me est exequuturum. sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei euāgelia.

De Ecclesiarum ædificijs, & ornatu.

NOVA Ecclesia absq; ordinarij licentia in scriptis, minime ædificetur. nec aliquid in ea noui fiat absq; simili licentia.

IN frontispicio cuius, sicut & in qualibet etiam parochiali Ecclesia, statuimus, ut à superiori parte maioris ianuæ Ecclesiæ sacræ depingantur imagines.

CRVcifixi imago sub ipso Capellæ maioris arcu in omni Ecclesia collocetur cum velo desuper sericeo, uel soltem lineo.

FENEstræ ī Ecclesijs vitro, aut tela cerata claudātur.

VAS e marmore, vel duro alio lapide non foris, sed intus Ecclesiam à dextris ingredientibus pateat pro aquá benedicta, cū aspergillo setis, nō spōgia cōfecto, & appēso.

VNVM sit sacrarium in quauis Ecclesia, & in parochiali, præter illud, quod baptismali fonti deseruit: quod desuper tectum & clausum esse debeat, ut infra dicetur, congruenter in loco decenti coaptatum.

CHOrus ita iuxta altare maius constituatur, ut temporē diuini officij, aditus laicis minime pateat; sed à clericis sint illi omnio seiuncti, presertim dū diuina celebrātur officia.

CONfessionalia autem, ad Ecclesiæ metropolitanæ nor-

normã, tot habeãt, quot Cõfessarios reliquæ etiã Ecclesia.

ALTAria nimis propæ ianuas Ecclesiæ non sint, nec de directo maiori altari aduersa constituantur, nisi sint à lateribus Ecclesiæ ita posita, ut inde altare maius uideri nequeat: & aliter posita amoueantur

Sint altitudine palmorum quatuor a scabello ligneo, latitudine palmorum trium, longitudine vero palmorũ sex adminus, præter altare maius quod cõstare debeat longitudine palmorum adminus octo. (vero trium.

Scabellum altaris sit lõgitudinis palmorũ octo. latitudinis

TABERnaculum desuper altare maius collocetur deauratum per totum à foris, quod serico tegmine aut saltem lineo cooperiatur, intus verò panno serico rubro, uel uiridi circum munitum.

PIXIS, seu Vas aureum, uel argenteum similiter contectum cum corporali ad sanctissimam Eucaristiam intus tabernaculum asseruandam, cum claue bene firmatum, clausum, & custoditum, atq; ita aptatum, ùt inde Pixis commodè depromi & reponi possit, absq; quod super altare sacerdos ascendat.

Vmbrellam, seu Baldachinum altare maius, vbi tabernaculum cum sanctiss. Christi Corpore stabilietur exquanis decenti materia confectum habeat; quod totum altare, & celebrantem sacerdotem desuper tegat.

Sepiatur in quacũque maiori Ecclesia, etiam parochiali altare maius vndique ex quauis materia, ut laicus ingredi siue celebranti nimium à appropinquare, aut altaribus inherere non possit, uel inniti.

Habeat vnumquodq; altare ornamenta, paramentaq;, propria tã ad cultum eius, & vsum, secundum temporum

conditio-

conditionem, quam ad missarum sacrificia, quæ illi debentur peragenda.

Altaria consecrata, sicut & altariola portatilia tela, ita cooperiantur, ut facilè amoueri non possit.

Et tobalijs desuper, seu mappis tribus distinctis, & non cõnexis, vestita sint mundis, quarum vna sit alijs longè maior latitudine, & longitudine: ita ut pro ornatu altaris à lateribus dependeat ad scabellum vsq; reliquæ duæ longitudinem altaris superent, uel saltem adequent.

Mißarum celebratione expleta, tela viridis, cærulea, aut cerata, uel de corio altaria, ĩ quibus celebratur sẽper tegat.

Sint vbiq; candelabra duo honestè elaborata.

Et tintinabulum appensum, uel portatile.

Ac secretorũ tabella, post celebrationẽ sub tela recõdenda.

Imago Crucifixi in vno quoq; altare collocetur.

Sepulturæ nouiter construendæ in quauis Capella, spatio cubitorum trium os earũ distet ab altaris scabello, aut eò remotius quò loci angustia permittit; & ita operiantur, ut nullo vmquam tempore feteant.

In Sacristia maioris, & parochialium Ecclesiarum, ac Capellarum sint libri populo legendi ad præscriptũ Episcopi; & in Inuentario Sacristiæ cum cæteris mobilibus annotandi.

Sacristia quelibet armariũ paramentorũ vnũ, uel plura habeat, ad illa, & cætera ornamẽta distinctim cõseruanda.

Ac pro argenteis Vasis, Reliquijsq; armariolum separatum; siue reliquiarium loco Sacristiæ decentiori tuto standum atq; claudendum.

Labellum, cum manutergio appenso, pro abluendis, abstergendisq; ministrorum manibus.

Orato-

Oratorium quoq; cum imagine sacra, & orationibus affixis pro sacerdote ante, & post missæ celebrationem recitandis, atq; depræcationum tabella sacro vnicuiq; indumento accomodatarum.

Indumenta ipsa, ac cætera paramenta, & ornamenta, certæ Ecclesiæ dicata, ad aliam transferre, & in alienos vsus conuertere, seu accomodare nemo audeat.

Neq; hi ad quos spectat illa puluere consumi, vel aliter ab sordescere permittant, sicut nec Ecclesiam ipsam, Sacristiam, Altaria, Oratoriaq;

Silentiũ in Sacristia, & Choro seruetur ab omnibus tam laicis, quàm clericis; presertim tempore diuinorum officiorum, quò ad externa, uana, seu inutilia colloquia

Neque laicis, nisi cogente necessitate, intra prædicta loca aditus pateat.

In quauis Ecclesia, presertim dum diuina celebrantur officia, uel Dei uerbum prædicatur, nemo deambulare, confabulare, uel negotijs operam dare presumat, aut altaribus, fontibsue Baptismi, & Aquæ sanctæ adhærere.

In limine Ecclesiæ uel ãte fores ipsius immorari, aut cũ canib⁹, volucrib⁹, balistis, & sclopetis ĩgredi nemo audeat.

Parlamenta, congregationes artium, collegia publica, vel priuata, concilia, quæ ad Ecclesiam ipsam non pertinent, laici in Ecclesia non habeant, nec etiam alibi diebus festiuis, celebrationis missarum tempore.

Ante ianuam maioris, & parochialium Ecclesiarũ cõstruatur porticus, quæ latitudinem Ecclesiæ adæquet, uel saltem ipsam ianuam complectatur: sub qua baptizandi primum à parocho recipiuntur: & ad alios vsus Ecclesiæ decori necessarios.

Ianuæ Capellarum, extra Ecclesias parocchiales existentium

tium, cancello claudantur ligneo, & claue, ut intus uidere liceat sacellum, & oratio fieri, sed non ingredi, nisi dum celebrantur diuina officia.

CApellæ, extra maiorem, vel parochiales Ecclesias in indecenti vel paruum commodo loco positæ, in quibus vt plurimum nullis audientibus celebratur, erecta ibidem cruce, prophanari, & capellas in maiori ecclesia sub eorumdem inuocationibus Sanctorum licitum sit, de Episcopi licentia construere, aut missæ ibidē celebrandæ omnino ad commodiores Ecclesias transferantur iuxta à Sacro Concilio Tridentino datam facultatem.

Capellæ nulli patrono concedantur, qui illas prius non dotauerit, & concessæ reuocentur.

Destruantur altaria in Capellis prophanatis, & apertis, in quibus non celebratur.

Patroni Capellas suas, minus sufficienter dotatas, in maiori Ecclesia, & parochijs positas, earumq. altaria de necessarijs prouideant omnino, alias presentandi iuribus priuentur, saltem pro prima proxima vice vacationis. Vni uero ex patronis satisfacienti, ius aliorum in ipsa capella donec satisfecerint, accrescat, & conferatur, vel alijs remedijs iuris opportunis ordinarij arbitrio, cōpatroni, beneficiatus, aut populus visitationib⁹ satisfacere cōpellātur.

Prohibentes nè in illis vel iuxta eas, bellariorum, vel quarumuis rerum venditiones, fiant.

Nec mensa cum capsula altaris instar, ante, vel super altare pro eleemosynis recipendis, vllo modo in Ecclesia, cui indulgentiarum literis, aut inscriptionibus permittantur sed in loco lōgè ab altari, ī quo indulgētiarum statio cōstituta sit, uel a latere simpliciter collocentur, statutisq; tantum diebus, quibus Episcopi indulgētiam decreuerint

pro-

romulgandam.

Transitus ad aliena loca per Ecclesiam non concedatur.

De reliquijs, & sacris imaginibus, actionibus, & representa tionibus sacris.

SACRAE imagines, stata prece, prius benedicantur, quàm altaribus superponātur.

In Ecclesijs, corruptæ imagines uetustate, siue hominum iniuria, & quæ in sordido stant, honesto loco aptentur, uel in totum deleantur.

Imagines, picturæq; inquibuscumque locis Clericoruum, siue laicorum habeantur, turpitudinem præseferentes, deleantur omnino, uel ad honestatem reformētur.

Inpingendis sacris imaginibus, caueant Episcopi ne quid in Ecclesia Dei pingatur, aut sculpatur, quod scripturarum ueritati, uel catholicorum traditionibus aduersetur.

Omnis lasciua præcipuè uitetur, ita, ut procaci uenustate nec pingantur, nec ornentur, ne turpis potius cogitationis, quàm de uotionis occasio sit, iuxta sacri Conc. Trident. decretum. Et aliter quàm decet, depictas, siue expreßas, etiam de domibus laicorum, obscenas imagines emendari, uel amoueri Episcopus, Parochus ue curabit omni studio.

Paßionis D. N. Iesu Christi representationes, uel

aliquorum Sanctorum, aut deiparæ Mariæ virginis non fiant.

Reliquiæ Sanctorum decoris in uasculis seruentur: & cum populo ostenduntur luminaria accendantur: nec à receptaculis, vbi cōditæ sunt extrahantur, aut temerè omnium oculis, vel nudè exponantur: aut quæstus gratia demonstrentur; neque etiam ad collum deferantur, absque Episcopi licentia: nec priuatis in domibus, vel apud laicos homines detineantur.

Locus sit in Eclesia, siue Sacristia, ac decens, vbi conseruentur, duabusque claudantur clauibus, quarum alteram Episcopus teneat, alteram Tesaurarius.

In eis deferendis, demostrandisue sacerdotes superpelliceo, stolaque vtantur.

In processionibus verò cum luminaribus, & turribulo deferantur.

Reliquiæ insignes, quæ in Eclesiis penè neglectis, vel parum decenter habitis custodiuntur, ea solemniori pompa, quæ pro qualitate regionis licebit, & comodum videbitur Episcopo, transferantur ad Ecclesiam cathedralem, ibique aptè, & honorificè collocentur, auctoritate, & licentia Sedis Apostolicæ præuia, & semper salua.

De Episcopis.

EPISCOPVS *dominicis, ac festis diebus, si legitimè impeditus non fuerit, missam celebrare ne omittat; celebrantique, vel missam audienti frequens adsit familia.*

ectionem sacram dominicis diebus, vel sermonem, ue exortationem clero ciuitatis suæ faciat.

Singulis mensibus semel, saltem in dominica die, niuersi ciuitatis suæ, ac diœcesis clero, idem per se ræstabit, aut per idoneum, si legitime impediatur.

Quæcunque ad diuini cultus gubernationẽ spectãt, er se in primis prestare, cætera verò inferiora, per icarium, ministrosue, exequi curabit.

Certam sibi horam quotidie sumat, quam in conemplatione diuinorum, studio meditationis, atque ora ionis exercitio impendat.

Institutum vespertinæ orationis domui, etiam suæ obseruari faciat; ad quam ipse, & familia sua omnis conueniat: ac pro defunctis certo campane signo per omnes Ecclesias.

Quolibet sabbati die, hora vigesima tertia, antiphonam deiparæ Mariæ Salue regina, aliasque ab Ecclesia pro tempore statutas preces, in maiori Ecclesia, ac inparochialibus, vbi comodè potest, religiosè à clero cantari, mandet, conuocatis campane pulsatione fidelibus.

Ad Episcopum pauperibus, miserabilibusque facilis sit aditus, benignè quoscunque audiat.

Statimque expedire, quæ recte possit re omnibus, aut consilio, nel consolando prodesse studeat, ac delectetur.

Episcopus in vestitu sericum non adhibeat, nisi in necessarijs & consuetis, pretiosis non vtatur pellibus, habitu, & solo episcopali anulo cum publicè prodit sit semper ornatus,

Accumbens mensæ benedicat; & quam decet fru-

galitatem, ac temperantiam, sacrorumq; librorum lectionem adhibeat, quæ, vt plurimum, ex sacra sit scriptura, vel ex pastoralibus libris, aut Sanctorum vitis, & actionibus.

A laicorum commessationibus, & a nimia eorum familiaritate caueat.

Homines moribus obscenos, parasitos, maledicos, vaniloquosue secum versari, vel in eius domo non permittat.

Neq; principibus accumbentibus stet ipse.

Nec etiam, inter mißarum solemnia, missale, aut pacem illis exosculandam præbeat.

Caueat Episcopus, nequid in eius domo appareat, quod non sit simplex, purum, honestum; sed inanium rerum omnium, ac profani ornatus se contemptorem ostendat.

Ita domui suæ, familiæq; bene præeße curet, vt interius, & exterius honestas, decorumq; seruetur.

Et talis sit domesticorum omnium vestitus, & mores, vt illos appareat eße ministrorũ Dei ministros.

Ex ipsius Episcopi familiaribus si quis infirmatur, illius paternam adhibeat diligentiam, & curam.

In eleemosynis, pauperibus erogandis, ita se promptum exhibeat, vt præter illas, quas per eleemosynarum ministros elargiri solet, ipse quoq; manu sua aliquando in pauperes conferat.

Pœnas clericorum, mulctasq; omnes cuiusuis generis pijs vsibus, vel Ecclesiæ fabricis, nulla prorsus sibi parte reseruata, destribuat, certo depositorio, super his recipiẽdis, & expendendis, specialiter deputato.

Presbiteros, & Clericos omnes ad se, quãdoq; partẽ,

quandoq;

quandoq; vero certos aliquos conuocet, atq; illorum utriusq; vitæ rationem, virtutum exercitationes, & progressus cognoscat.

Episcopi singuli seminarium constituant, vel si, ob beneficiorum tenuitatem, hoc adimplere nequiuerint, cum metropolitana Ecclesia illud simul quamprimum constituant, vt Conc. Trident. disponit, & summus Pontifex illos admonet.

Quilibet Episcopus singulis annis visitationem instituat, & absoluat; vel frequentius absq; tamen procurationis onere prima visitatione absoluta, quamuis prouincie angustia tanta sit, vt in ea procurationis nomen, vel exactionem audiri absurdum videatur.

Quam visitationem, singulis annis faciendam, immediatè post omnium Sanctorum festiuitatem incipiat, vel post primam dominicam aduentus, feria secunda immediatè sequenti.

Atq; ab eo die publicatum intelligatur generale visitationis edictum; nisi, ex causa, in alium commodiorem diem, visitationem se transferre Episcopus expresse declarauerit.

Concilium diœcesanum, singulis annis pariter conuocandum, pro prima die mensis Maij publicatum, & indictum censeatur; nisi, vt supra.

Pium iudicamus, vt episcopi in suis Ecclesiis certum sibi, & successoribus suis monumentũ constituant.

Per Concionatores, Parochos & Confessarios efficiant, vt oratio vespertina diebus singulis ab omnibus in Ecclesia, uel priuatis proprijs domibus fiat, tam pro uiuis, quàm pro defunctis, dato certo maioris campanæ signo, iuxta primam horam noctis.

De vita, & honestate Clericorum.

PRESBITERI, & Clerici omnes inprimis memoria teneant verba illa Sac. Conc. Trid. de ref. sess. 22. cap. 1. quod incipit, Nihil est quod alios magis ad pietatem, Deique cultum assiduè instruat, quàm eorum vita, & exemplum, qui se diuino dedicarunt ministerio; & reliqua.

Sacerdotes barba à superiori labro tondeantur.

Clericali tonsura, apparenti, & talari veste incedant.

In habitu, non exquisita sit cultus elegantia, aut nimis sordida, & abiecta negligentia.

Color verò, tantùm niger adhibeatur, omnem ornamenti nouitatem, ac vanitatē fugientes.

Pileos in Ecclesia nunquam, extra verò non deferant, nisi valetudinis, vel pluuiæ causa & tunc simplices illos habeant, ac honestæ latitudinis, non autem in acutum tendentes,

Superpellicea lacera non sint, nec sordida, neque curiosè nimium elaborata.

Clericus, siue Presbiter, superpelliceo indutus, Ecclesiam exire, præ foribus astare, aut per viam incedere, nisi cum processio, aut officium, quod illud requirat, peragitur, non presumat.

Anulum non deferat, nisi ea præditus sit dignitate, in qua conferenda anulus sibi tradatur; illum verò, dum celebrat, & chirotecas in choro non habeat.

Quoniam Deo militantium Clericorum arma, & potissima

potissima studia, orationes, & sacræ lectiones esse debent; ita intenti, atque assidui in hoc ipso peculiari munere esse debent, vt orationi succedat lectio, lectionique succedat oratio; hoc enim solo clipeo (vt diuus testatur Hieronimus) malarum cogitationum sagitte, quibus omnis ætas, maximè verò adolescentia, percuti solet, repelluntur, inquiens: *Ament studia scripturarum, & carnis studia non amabunt*: eosque tantùm libros legant, & habeant, qui ecclesiasticam disciplinam, vitæ innocentiam, & Dei timorem docent.

Libri, quos decet vnumquemque Presbiterum, vel Clericum habere, & in eorum lectione frequentius versari, sint precipuè, quos Episcopus, ex sua electione, pro eorum captu, iusserit esse legendos.

Clericus, si monitus etiam per publicum edictum, honestum clericalem habitum non deferat, per suspensionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio coerceatur; & si semel correptus habitum laicalem nichilhominus gestauerit, habens beneficium, eo priuandus erit, iuxta Conc. Trid. decretum.

Profana spectacula nec ipsi peragant, nec peragentes spectent.

Aleis quoque, cartis, alioue ludi genere uetito, quouis in loco non ludant; nec ludentibus intersint.

Venaticum non alant animal; nec balistis publicè vtantur.

Baculum in Ecclesia nunquam, nec per ciuitatem; nisi, ætatis, infirmitatisque euidenti causa, deferant.

Natatio, aut in alieno conspectu denudatio illis nequaquam permittitur.

Cum exulibus, contumacibus, ac bannitis, vel de

homicidio diffamatis, iuxta Sanctiß. D. N. Papæ Gregorij xiij. bullam, minime uersentur, nec hospitio suscipiant, etiam si affines fuerint.

Post primam noctis horam per ciuitatem absq; lumine incedere nullus audeat.

Clerici extranei absq; dimissorijs litteris sui Episcopi in prouincia esse non permittantur, nisi ad paucos dies.

Clerici in sacris, uel beneficium obtinentes, domi, siue foris laicis hominibus, quacunque dignitate præditis, non inseruiant.

Procurationes, aduocationes, & patrocinia apud iudicem secularem, nullus Presbiterorum, Clericorumue, exceptis casibus à iure permissis, ac de ordinarij licentia, exerceant.

Pro nemine spondeant in foro seculari.

Mercaturam, laicorumq; negotia non procurent

Nec eorum predia conducant.

Mulieres, cuiusuis ætatis, legere, scribere, canere, aut sonare non doceant; nisi quas ætate, moribus, & uita, ab Episcopo probandas, permißum fuerit.

Nec illis per uiam se comites adiungant.

Mulierum suspectarum domos, cæteraq; ordini, ac statui clericali indecora.

Nec non conseßus otiosos laicorum, uaniloquia, & in plateis, officinis, ac sedilibus circulationes, ubi nulla urget necessitas: tabernasq; ,nisi itineris causa, uitabunt.

Arma cuiuscunq; generis deferre omnino prohibemus: nisi, ubi longum iter agendum est, de ordinarij scripta licentia.

Nec sint suppliciorum spectatores, quæ reis inferun-

ur, nisi, ut ipsorum animarum saluti opem ferant, llic ad sint.

Sacerdotes omnes, & Clerici, alicuius certæ Ecclesiæ ministerio nō addicti, in maiorem, uel parochialem Ecclesiam, cuius fines habitāt, dominicis, festisq; diebus ad diuina celebrāda cōueniant; nisi legitimè excusētur.

Tempore uerò ieiuniorum, & ubi frequens ad Ecclesiam populus esse consueuerit, Parochum etiam in docendo doctrina Christiana adiuuent;

Intrantes Ecclesiam caput statim operiant, ante sanctissimum Sacramentum reuerenter orent, ac in aliorum exemplum, ubiq; modestè uersentur.

Stante uerò Episcopo, uel genuflexo in Ecclesia, simul stent, & simul orent.

Clerici, Presbiteri, Parochi, & quicunq; Ecclesiastici, sub ditione Episcopi existentes, studijs litterarijs uacare, & lectionibus, iuxta cuiuscunque conditionem, atq; capacitatem, compellantur.

Sacris initiatus, aut beneficium obtinens, si aliquo afficiatur morbo, non tamen ita graui quin horis canonicis non possit satisfacere, ab illis dicendis non desistat, inconsulto utroq; medico corporis, & animæ, ne grauiter peccet.

Si non frequentius, saltem singulis mensibus omnes communicent Clerici minorum ordinum.

In sacris uerò constituti, singulis diebus dominicis, ut Conc. Trid. suadet.

Antequàm discumbāt mensæ benedicant, & in fine Deo gratias referant.

Audito, pro salutatione angelica, uel oratione pro defunctis cāpanæ signo, illico genuflectāt, orēt ut par est

suoque

ſuo que exemplo, & hortatu, ad tam Sanctum, & pium opus circumſtantes alliciant.

Similiter ad ſignum campanæ pro eleuatione corporis Chriſti Eccleſiæ maioris ſolemnis miſſæ aſurgere, vbicunque fuerint, caput aperire, deuotèque orare non prætermittant.

Studiorum cauſa nulli Clericorum à diœceſi, vel ab Eccleſiæ ſuæ reſidentia abeſſe liceat, niſi prius habita ab Epiſcopo inſcriptis licentia.

In qua quidem Epiſcopus hæc adiungat, uidelicet, ut de litterarum progreſſione, a doctoribus, quos audit ſcriptum afferant teſtimonium, ſaltem ſingulis annis.

Nec ad breue tempus, a diœceſi abeſſe liceat, abſque ordinarij licentia: & cum redierit eidem ſe preſentare non differat.

De Parochis.

PAROCHVS per ſe ipſum Sacramenta, & non per alios miniſtrabit; niſi iuſtè impediatur. In ædibus ſuæ Eccleſiæ inhabitabit, aut prope illam, ut comodius, ea ad quæ tenetur preſtare poſſit.

Diligentiam quàm maximè adhibeat, nequis abſque Sacramentis e uita diſcedat.

In quorum adminiſtratione ſemper ſuperpelliceum, & ſtolam habeat.

Singulis, etiam Dominicis, alijſque diebus doctrinam fidei chriſtianæ populum doceat, tam intra miſſarum ſolemnia, quàm à prandio, dato campanæ ſono, omnique adhibita diligentia, ut frequens populus, omnino

ino autem pueri, & adoleſcentes omnes utriuſque ſe-us, doctrinæ chriſtianæ recitationi interſint.

Illoſque admoneat, & hortetur, ut dies feſtos huiuſmodi non otioſe, ſed in animarum ſuarum utilitatem, & Dei cultum ſanctis exercitijs, ac pijs operibus inſumant.

Et erudiat de contentis in Catechiſmo romano.

Denuntiet frequentur illam annorum decem indulgentiam, quæ a lateranenſi Conc. ſub leone decimo, curiæ denuntianti publicum blasphematorem, conceditur.

Publicum ſuæ parochiæ blasfemum, concubinarium, aut uſurarium, uel de fide ſuſpectum, diebus feſtis miſſam non audientem, in paſcate non comunicantem, ſtatim Epiſcopo denuntiabit.

Parochus, die dominico feſta de precepto, ieiunia, & uigilias populo denuntiabit ac cætera iuxta ſacri Conc. Trident. ſanctiones ad ſalutẽ neceßaria docebit.

Itidem qua ætate ieiunare, & pueri peccata confiteri, & comunicare debeant.

Crebris exortationibus efficere conetur, ut populus, ſibi commißus, ad confeſſionem, comunionemque frequenter accedat, precipue uero in die Natalis Domini, Paſcatis, Pentecoſtes, Aſſumptionis beatæ Mariæ, Omnium Sanctorum, & Initium quatrageſimæ.

Adoleſcentes, prima uice Euchariſtiam ſumere uolentes, prius examinabit, ac de uirtute, & tanti Sacramenti ratione, reuerentia que edocebit: eorumque, & aliorum, qui non dum confeſſi ſunt etatem, & idoneitatem recognoſcat.

Eorum nomina deſcribat, preſertim in uiſitatione

animarum

animarum, singulis annis facienda, ipsos erudiat, & ad confessionem inducat.

Monebit patresfamilias, ut filios suos, ac filias, famulosq; diebus saltem festis missam, & doctrinam audire; atque temporibus debitis peccata confiteri compellant.

Viduas admoneat, ut ultra diem octauum ad Ecclesiam accedere, & missam audire non differant.

Vnumquemq; in sua parochia mißam audire debere, & in ea tota, excepto euangelio, non uno tantùm, sed ambobus flexis genibus deuotè, atq; attente permanendum.

Arma, baculos, accipitres, canes domi relinquendos admoneat.

Curam de uiduis habeat, pupillis, orphanis, egrotis, pauperibus, alijsq; miserabilibus personis, quos per se adiuuare, aut per alios subuenire non desistat omni studio; quorum nomina, ut proprium munus certius exequatur, certo libro scripta, non memoria tantùm retinebit.

Parochus ægrotos, etiam non uocatus, uisitabit, & ad confessionẽ cæteraq; Sacramenta recipiẽda suadebit.

Cum sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum ad infirmum defert, uel extremæ unctionis oleum, septem psalmos, uel preces alias in uia deuote recitet.

Infirmum piè, ac prudenter consoletur, & in mortis periculum existentem nunquam deserat, omnibus spiritualibus auxilijs soletur, & adiuuet, & ubi uitæ nulla spes erit, hortetur, ut bono animo sit, et gaudeat se à Deo in eternam patriam uocari, mortem ne timeat: quo in officio non deerunt cæteri parochiæ presbyteri eidem,

ubi

ubi contingerit auxilio eſse.

Aſtantes, ut pro eo preces Chriſto domino offerant inſtanter moneat.

Librum Parochus habeat, in quo baptizati, parentum, & compatrum, nomina, cognomina, natiuitatis diem, ac baptiſmi deſcribat, & an ex legitimis nuptijs fuerit procreatus.

Similiter in ſacro Chriſmate confirmatos ibidem annotare curabit, & compatres eorum.

Symbolum fidei neſcientes, excomunicatos, aut in manifeſto mortali peccato exiſtentes, ad ſuſcipiendum de baptiſmo puerum non admittant, nec in ſacro chriſmate, ſiue confirmationis ſacramento.

In quo libro diem obitus uniuſcuiuſq; adnotabit.

Alium quoq; librum apud ſe habeat, in quo introitus, cenſus, iura, & inſtrumenta ad Parochialem Ecclesiam, & vniuerſæ ipſius Parochiæ Capellas ſpectantia, deſcibantur.

Bonorum, etiam mobilium, inuentarium, ac ſacriſtiæ, & capellarum ſuæ diœceſis, viſitationis inſtar, ſingulis annis per ipſum habende.

Alterum etiam habeat de ſtatu animarum ſibi ſubiectarũ; quẽ ſingulis annis recognoſcere nõ prætermittat.

In quibus obſeruabit an rectè in Catholica fide, & Sacramentorum perceptione ambulent.

Populum admoneat paucis ante diebus quàm ſanctè, piè, ac religiosè, proceſſiones generales, præſertim Sanctiſſimi Corporis Chriſti, colendæ, ac proſequendæ ſint a fidelibus.

Itidẽ, cũ Cõfirmationis Sacramẽtũ in die pẽtecoſtes, Epũs erit miniſtraturus, de virtute, dignitate, atque

utilitate

utilitate Sacramenti, & quomodo ad illud accedendum sit docebit.

Populum sæpe in Ecclesiis, & per domos hortetur, & omnino inducat, ut saltem semel in die, unusquisque seipsum colligat in Ecclesia, uel domi, genuflectat, oret, meditetur, quid illa die egerit, in quo deliquerit, deum, uel proximum offenderit; & ab eo ueniam petat, proponat de cætero ab illicitis abstinere, ac se ex intimo corde Deo comendet: pro Ecclesiis, pro pace, pro amicis, inimicis, & animabus defunctorum deprecetur.

Patres familias, uel matres compellat, ut cum tota familia, de sero, intra propriam domum, idem simul omnes prestent.

Cum surgunt de mane, ante omnia, statim orationem dominicam, & salutationem Angelicam recitent genibus flexis.

Describantur per singulas Parochias pauperes & miserabiles, & pro eis fiant collectæ, in concionibus, in missis parochialibus, & tempore uindemiarum, messis, & oliuarum; & eorum habeatur ratio in distributione panis piorum relictorum siue eustauritarum, quæ magis Episcopo expedire uidebitur.

Nec cuique concedatur, cuiusuis sit dignitatis, & officij, etiam Ecclesie cathedralis, alterius Parochiæ fines ingredi, ad Sacramenta ministranda, nisi urgente necessitate, proprio Parocho absente, uel de eius consensu, aut Episcopi licentia.

Compellatur populus, ut ea contribuat, quæ ad rectoris uitam substentandam sufficiant, & parochiali Ecclesiæ necessaria.

Comunia

Comunia de ministris, & quotidianis distributionibus.

E X Canonicis, ultimo loco promoti, Diaconi, & Subdiaconi officio fungantur, ubi alius Canoni-, uel in dignitate constitutus solemniter celebrat.

Archidiaconi, Archipresbiteri, aliique in Eccle-stica dignitate constituti, Canonici, ac reliqui Eccle rum ministri in sacris officijs per se proprium mu- adimpleant, & non per alios exerceant.

Qui dignitates habent, aut personatus, suarum me res functionum, & uocationis, ea pietate diuina of-a, assidue colere debeant, ut alij eorum exemplo ad dium diuini cultus, & amorem accendantur.

Archidiaconus librum conficiat, in quo Clericorum nium seculariũ nomina diligenter describat, & quo sque gradu sit, ac deinceps reliquorum omnium, qui rum ex minoribus, maioribus ue, sacris ordinibus as psferit, locum etiam, & tempus.

Primicerius antiphonas, responsoria, lectiones, & tus, cui decet, assignet: assiduèque horis canonicis, horo, & diuinis officijs intersit.

Canonici, & reliqui omnes Clerici in suæ Ecclesiæ cionibus sacrisque lectionibus cum superpelliceis, onicali habitu, ac clericali induti intersint.

Præbendati omnes, ut horis canonicis, & solemni ificio mißæ interesse possint, missam quam tenentur, a competenti, ante, aut post solemnem celebrabunt.

Quicunque

Quicunq; , dum alicuius horæ statutæ officium celebratur, à choro abfuerit, illius horæ distributione careat; nisi causa aliqua vrgente, & de licentia id omiserit.

Constituatur Præfectus Archiuij vnus ex Canonicis, qui curam habeat scripturarum ad Ecclesiam pertinentium, vna cum Episcopo, vel eius Vicario.

Præstet iuramentum de fideliter exercendo.

Habeat scripturas omnes sub inuentario; cui aliquid pro labore detur.

Ex duabus, clauibus, quibus decet claudi Archiuium, alteram Episcopus, alteram Præfectus Archiuij teneat.

De modo congregandi Capitulum.

CANONICI Capitulum singulis hebdomadis faciant; in quo requiratur, an de diuinis officijs Decreta seruentur, an uerò errores in ritu, & sacris cærimonijs commiserint.

Et in eo de spiritualibus exercitijs, & progressione diuini cultus semper aliquid examinetur atq; tractetur.

His discussis, Decretum legatur, de vita, & honestate Clericorum, in Prouinciali synodo descriptum; vel quæ Episcopus legenda iudicauerit.

Officium, quod alicui ipsorum Capitulum commiserit, nemini recusare liceat; nisi ex legitima causa, ab ipso Capitulo tunc approbanda.

Nec

Nec ibi licitum sit cuiquam scurriliter loqui, aut inaniter contendere.

Initio cuiuslibet congregationis, in fine itidem recitentur orationes, & antiphonæ de Sancto, & ultimo loco fiat commemoratio patroni ecclesiæ in qua congregatio fiet.

Capitulum nunquam congregetur, nec aliquid in eo statuatur, uel proponatur, nisi presente Episcopo, uel eius Vicario generali, uel de ipsorum expressa licentia; præterquam si Capitulo maior libertas legitimè competeret.

De officio eius, qui ĩ choro præsidet.

QVI in choro præsidet, nequid in diuinis officijs, eorumq; progreßu prætermittatur, neue præpostere, aut indecore quicquam fiat, diligenter inuigilet, errantes admoneat, & deficientes muneri suo, amicè, & ex charitate corrigat, & ad satisfaciendum inducat.

In choro ecclesia, & sacristia, ea quæ ad ritus cærimonias, & diuina pertinent officia nemo iubeat, nisi chori Præfectus, et ubi præfectus non est præsidentis officio, ille qui primum chori locum tenet, fungatur, ut confusio euitetur in domo Dei.

Chori Præfectus non admittat ad euangelium, uel epistolam cuiuslibet solemnis Misse, ministros, nisi prius illos canentes priuatè audiuerit, uel per magistrum cærimoniarum audiri fecerit; qui etiam uideat an rite a sacerdotibus sacra fiant,

De officio magiſtri chori, & cærimoniarum.

CAERIMONIARVM Magiſtri, ſimulq; Præfectus chori laicos de choro exire compellant, cum fiunt diuina officia; vel ſi caſu aliquo admittantur, illos moneant, vt ſimul cum clero ſtent, ſedeant, aßurgant, & genuflectant, ac ſilentium teneant.

Cærimoniarum magiſter, quando de Dominica, de feſto, uel de feria ſimplex officium, aut ſolemne celebrandum ſit, denuntient. nec non & quæ antiphonæ, pſalmi, lectiones, & orationes recitandæ ſint, uel canendæ: quando etiam ſtandum, ſedendum, caput inclinandum, aut genua flectenda ſint.

Tabellam, in qua deſcribat quid à ſingulis Canonicis, aliÿſq, beneficiatis, per hebdomadam ſingulis horis recitandum, canendum ue ſit, conficiat.

Quo tempore, quis Miſſam celebrare, horas dicere, aut alia in eccleſia munera peragere debeat, in ſacriſtia, ab eis legendam affigat; ne cuiquam ſit excuſationi locus.

Horariæ preces, ita, ut ab Eccleſia ſunt inſtitutæ, & non aliter, perſoluantur: nec ſolemnes, duplices, uel ſemiduplices in alium diem transferantur, quàm quod diuini officÿ ordo poſtulat.

De officio

De officio sacristæ.

SACRISTA omnia ecclesiæ ornamenta, paramentaq; ac cuncta alia, sibi consignata, in diesq; consignanda, per inuentarium recipiat: illorumq; exactam curam gerat, ne siquid sua culpa amissum, corruptum, siue lacerum fuerit, de suo ecclesiæ soluat.

Curam de luminaribus, candelis, oleo, & uino habeat, ac de hostijs; quas ipse, aut clericus aliquis conficere debeat, non autem laicus, aut mulier.

De cera, cereo, cæterisq; ad diuina officia necessarijs.

De aqua benedicta, quam singulis diebus sabbati, ipse conficere, & renouare, uel ab alio renouandam curabit.

Altare maius, & cætera alia, præcipue diebus festis, secundum temporum interstitia, decenter ornare non prætermittat.

Horis congruis pro matutino, ac alijs horis canonicis signum det campane sono. & pro missa, salutatione angelica, & oratione vespertina.

Ab eodem calices mundentur, & bis quoq; singulis lauentur mensibus; corporalia tertio quoq; mense, purificatoria verò bis in hebdomoda saltem immutanda, & frequentius, si necessarium videbitur, ut nitidè omnia appareant, atq; seruentur.

Curet, ut ecclesia tota, & parietes, singulis diebus sabbati, chorus verò bis in hebdomoda scopis mundentur.

Punctatoris officium in missis, & diuinis officijs

 exerceat

exerceat, donec de speciali Pūctatore fuerit prouisum.

Tres habeat in sacristia tabellas, unam in qua omnes misse, officiaq; pro mortuis, & reliqua sint descripta, quæ ex imposito onere celebrari oporteat: aliam in qua cuiusuis dignitatis, canonicatus, præbendatus, capellaniæ, altarisue, seu alterius beneficij debita contineantur munera in missis celebrandis, alijsq; diuinis persoluendis officijs: tertiam in qua quid à singulis Canonicis aliisq; beneficiatis, horis canonicis per hebdomodam recitandum, cantandum ue sit exactiè describat, sicut, & magister cærimoniarũ, uel chori Præfectus.

Ibidem laicos uersari non permictat, ut supra annotatum est; nec Clericos de profanis rebus sermones habere; neq; contentiones eorum, rixasq; patiatur.

Sacerdotes ad Missæ celebrationem eodem tempore duos tantùm admittat: ita tamen, ut secundus de Sacristia non exeat, nisi post communionem primi præcedentis; nisi Ecclesie necessitas, tempus, & populi multitudo, casu aliquo in magnis solemnitatibus aliud expostulet.

In his autem, qui primo, qui uerò secundo, qui tertio deniq; loco celebrare debeat ordinem omnino tabulæ seruandum curet. singulosq; die præcedenti admoneat, ordinem, & horam doceat.

Missarum tempore pauperes intra ecclesiam discurrere, iuxta Papæ Pij V. bullam non permittat.

De exorcista.

EPiscopus nemini, etiã sacerdoti Exorciste munus exequi pmittat, nisi ætatẽ eius probauerit, et mores.

Nullus

Nullus energumenis manus imponere, aut Dæmones eijciendi causa exorcismos legere audeat, nisi exorcistæ ordine initiatus sit.

Isq; exorcismos memoriæ demãdare curabit, & utatur libris ab Episcopo tantùm comprobatis.

Et cum casus euenerit, habita prius eiusdem Episcopi licentia munus exequendi, hæc quæ sequntur obseruabit.

In primis energumeni uitam, mores, & actiones diligenter perquîrat; Medicum etiam consulat, ut uideat, an quicquid ab illo agitur, morbi alicuius causa fiat, aut uitio atræ bilis, an uerò sponte, & dissimulantur uel Dæmonis impetu.

Exploret etiam, an excommunicationis uinculo aliquando innodatus fuerit, à quo ipsum absoluere debeat, obtenta ab Episcopo facultate, si non habet, antequàm ad exorcismum deueniat.

In huius muneris functione religiosè, grauiter, & deuotè se gerere studeat; ac pridie illius diei, quo exorcismum adhibere intendit, ieiunio, & oratione se ipsum præparare, conscientiam mundare, ac magna cum humilitate, & in Deum fide ad dictum munus obeundum accedere conetur.

Energumenis exorcismum adhibere ne incipiat, nisi ille prius confeßus fuerit, eumq; hortetur, ut precibus, ac sanctis meditationibus intentus sit visitationi ecclesiarum, atq; ieiunijs vacet.

Exorcista in ecclesia, quam Episcopus statuerit, & non alibi, nec in ædibus laicorum, aut in priuatis locis, sed in loco statuto ecclesiæ publico, neq; in conspectu multitudinis, sed uiris presentibus honestis.

atq; ætate grauibus, nec ante solis ortum, uel post eius occasum, sed hora solita post missam, neq; duos eodem tempore, sed uni post alium exorcismum adhibeat.

Cum mulieri energumenæ exorcismum adhibere uoluerit, non nisi duobus probatis uiris præsentibus duabusq; vel una saltem ætate maturis fœminis, una etiā cum ecclesiastica persona.

Caueat, cum exorcizat, ne illius mulieris capiti, corporiue, nisi magna cum cautela, manum adhibeat, neq; altari energumenos admoueat.

Prædictiones, reuelationes, seu uisiones energumenorum omnino audire contemnat; eisq; nullam fidem adhibeat; & a curiosis interrogationibus abstineat; quæstum ominem fugiat.

Ruta, sulphure, & aliis ab Ecclesia non institutis uel nondum approbatis ad exorcismum ne utatur.

De cantoribus, & musica.

CANTORES, vbi fieri potest, Clerici sint & clericalibus in choro uestibus utantur, ac superpelliceo. munus cantoris, & organistæ in quauis ecclesia, cuiusuis ordinis Clericus non suscipiat, nisi uita & moribus probatus fuerit, ac scriptam ab Episcopo licentiam obtinuerit.

Qui in Canonicum ascribi uoluerit, is idoneus eße debeat, etiam in cantus peritia, ut officium suum in choro implere conuenienter possit.

Organo tantùm in ecclesia locus sit, non reliquis musicis instrumentis.

Antiphone

Antiphonæ uerò, uersiculiq; distinctim in choro pronuntientur, ut omnes intelligant, & quæ organũ sonat, & quæ chorus decantat.

In diuinis officijs nihil alienum, siue diuersum ab officio, uel Missæ sacro, quod fit in ecclesia, cantatur.

Symbolum fidei absq; organo recitetur in choro.

Quomodo versandum sit in choro, & recedendum ab eo.

IN choro unusquisq; locum suum teneat, nec uagetur.

Omnes in choro alternis uocibus diuina canant officia distinctè, attentè, pariter & deuotè, non perturbatè, non cursim, aut oscitanter, sed in Deum toto illo tempore cor dirigant, & spiritu simul, & mente domino psallentes, ut sacri Canones, & diuina eloquia illos edocent iubentq;.

Pro temporis ratione, & officij stent in choro, sedeant, flectant genua, inclinent, & caput aperiant.

Nihil a dignitate loci & personarum munere alienum appareat, non indecoro, seu contorto corporis statu Clerici insideant, nec oculos, uel mentem extra chorum teneant, sed animi religionem, moderationemq; uultus, uocis, ac decenti corporis compositione testentur grauitatem, loco sacro benedictionis, & ordine clericali dignam retinere omni studio contendant, memores adesse D. Ihesum Christum, cui toto cordis affectu, casto, & fideli corpore cum timore fa-

mulandum; chorumq; huius in terra militantis cæleſtem illum triumphantis Eccleſiæ repræſentare, & eccleſiaſticorum exemplo cæteros ad pietatem, & rerum ſacrarum venerationem accendi opportere.

Ceſſent ibi riſus, ioci, rixe, & colloquia, locum non mutent, nec libros, litteras, ſcriptaue alia legant nec officium priuatè dicant, aut illo nondum communiter expleto exeant.

Poſt diuinum in choro expletum officium, flexis genibus ſummiſſa uoce orationem Dominicã, et ſalutationem angelicam iuxta reformationem Breuiarij Romani, ſicut, & inprincipio dicant, omnesq; ſimul orent pauliſper, nec ſurgant, niſi ſigno dato a Præfecto chori, ac ordinatè ad ſacriſtiam omnes progrediantur, ubi modeſtè cum ſilentio ſuperpelliceum exuant & reponant, non autem in eccleſia, uel in choro ſe ueſtiant uel ſpoliant.

Nec pileum in choro, neque chirotechas deferant.

De pertinentibus ad celebrationem Miſſarum, & diuinorum officiorum.

IN altari, in quo Epiſcopus celebrauerit nullus eo die abſq; eius licentia celebret, neq; in alio eiuſdem eccleſiæ eodem tempore ipſo celebrante, niſi

peracto

peracto Episcopi sacrificio, & post illius benedictionem.

Sacerdotes omnes frequenter celebrare maximè con nit, præsertim singulis dominicis, festisq; alijs, atq; ieiunij diebus.

Curati uerò ter, aut pluries in hebdomada, prout loci consuetudo; aut ecclesiæ necessitas expostulat.

Qui missas obtinent ipsi per se, non per alium, & in capellis, siue altaribus, quibus illæ debentur, celebrent; nisi ex fundatione, siue institutione, uel alia iusta causa ab ordinario cognita, & approbata, & de illius expressa licentia loco commodiori, & per alium satisfieri posse legitimè concedatur.

Nemo Missarum numerum suscipiat, nec illi ordinarius conferat, nisi, cui perse quisquam intendit, & commodè potest Episcopi iudicio satisfacere.

Missarũ reductiones ad minorẽ numerũ quàm in illarũ institutione, siue fundatione expressũ sit auctoritate Con. Trident. quandocunque alias factæ, uel inposterum faciendæ, ijs tantùm suffragentur, qui resident, & cathedrali, siue parochialibus ecclesiis ministrantium Clericorum, & rerum necessariarũ omnium summa penuria laborantibus, solent esse auxilio, non autem absentibus.

Missas obtinens in titulum sacerdotalia indumenta habeat, ac sacras vestes ad Missæ celebrationem necessaria, quæ suæ sint, quibus utatur, siue pere, siue per alium celebret, ecclesiarum paupertate sic exigente.

Missæ sacrum nec citius, neque tardius spatio

congruenti

congruenti, quod ab horæ dimidio parum distet, perficiatur, & ut id obseruetur, horologium aliquod in sacristia habeatur, & cum illo sæpe experimentum fiat.

Celebraturus cærimonias a Romana Ecclesia institutas ad unguem obseruet; ac illis nihil penitus addat, uel detrahat, & ab omni capitis, oris, & reliqui corporis motu indecoro abstineat.

Clara etiam uoce palam dicat, quæ alta sunt uoce dicenda, ac distinctè, nec tardius, nec celerius, quàm decet uerba proferat, ut qui audiunt intelligant, & ad pietatem excitentur.

Dum Missam celebrat sacerdos oculos uel ad altare, uel ad terram flectat, non autem circumuoluat.

Memoriter dicere, aut canere, ob errorem, qui occurrere posset, non præsumat, ne cum subbireto quouis modo celebret.

Missam antea totam perlegat, ac deinde ad tantum se præparet ministerium, eo modo, quo inferius adnotabimus.

Eundo, uer redeundo ad altare caput nemini aperiat, neq; Episcopo, sed illi sese profundè inclinabit.

Missæ nec ante auroram, nec post meridiem celebrentur.

Ordo seruetur in ipsis celebrandis in officio sacristiæ descriptus; ut prima diluculo, reliquis uerò deinceps debito interuallo distributis, postrema autem, quo tardius liceat celebretur.

Nec plures tribus, uel ad summum quinq; orationes, seu collectæ dicantur: festis uerò diebus rubrica missalis Romani omnino seruetur.

Et si à pluribus eodem tempore in eadem Ecclesia

Missa

Missa celebranda sit, ita inter se altaribus disiungantur, ut alter alterum non perturbet.

Qui absq; speciali licentia missam ausus fuerit inchoare, uel de sacristia exire ante peractam communionem ipsam præcedentis misse, uel statutis ecclesiæ ordinibus in ipsis celebrandis non seruatis, habeatur pro contumace, ac si mißam non celebrasset, & pœnis subiaceat taxatis, & Episcopo arbitrarijs.

Sacristanus in ciuitate, & Parochus in diœcesi singulis diebus diligenter, ac fideliter annotabunt mißas omnes non celebratas, uel si malunt celebratas tantùm; ut ex ijs posśint dignoscere, qui debitæ celebrationi defuerint, quorum pœna sit Episcopi arbitraria, & sacristiæ usibus integra applicetur; & ex nunc applicata intelligatur.

Sacerdos ad celebrandum, sacris indutus uestibus neminem alloquatur, nec loquentibus aures præbeat, neq; biretum, chirothecas, sudariolum, uel quodcunq; in altari deponeat.

Ad altare neminem expectet ad mißam audiendã.

Sacerdoti celebranti asśistat minister, & is Clericus, ubi haberi posśit, talari veste, & superpelliceo indutus; qui candelas, urcelos, & alia neceßaria præparet, & suo loco singula collocet, antequàm sacerdos ad altare accedat, uel Missam incipiat.

Clericus, post inceptam missam, per ecclesiam neuagetur, nec cum alijs colloquatur, sed modestè corpore composito stet genuflexus altare uersus post sacerdotem, & nisi sumpto corpore, & sanguine Domini, & perfecta celebrantis communione, non surgat.

Luminaria, nisi perlecto Euangelio in fine missæ

non extinguet.

Extinguat autem terram versus, uel operculo extinctorio, non manu, uel contra parietes, aut angulos altaris.

Sacerdos de Sacristia non exeat, nec ab altari discedat, nisi præcedente Clerico.

Corporalia, post Missarum celebrationem, reuerenter super patena per Sacristam excutiantur, & si quæ fragmenta fortè deciderint, reponantur in certo calice, uel pyxide, ac in tabernaculo Sanctissimi Sacramenti, a proximè celebrantibus sumenda, uel ab ipso sacrista, dum celebrat, quod, ut comodius fieri possit, licebit sub ipsa hostia uti simplici animula supra corporale intra ipsum calicem, statim sumpto Christi corpore excutienda: petita prius, atq; obtenta huius rei (quatenus opus sit) superiorum licentia.

In ecclesijs capellis, & seculariũ oratorijs, quæ in alicuius parochialis ecclesiæ finibus constitutæ sunt, Missam celebrare dominicis, reliquisq; festis diebus nemo præsumat, priusquam absoluta in parochiali ecclesia Missa fuerit, & conciò, nisi de expressa licentia ordinarij.

Presbyteri, & Clerici omnes diebus Dominicis, & festis solemnibus quatragesimè; item, & ieiuniorum in cathedrali, aut parochialibus ecclesijs, diuinis officiis, ac Missæ solemni, siue parochiali interesse, auxilio esse, & inseruire studeant

In singulis Parochiis duo, uel saltem vnus Clericus talari ueste, ac suppelliceo indutus Missæ inseruiat; alias ibidem Missa non celebretur: & ubi nullo

lo pacto haberi possunt Clerici, erudiantur, & ue stiantur laici adolescentes ueste illa talari, ac super pelliceo, dum Mißæ, siue diuinis alijs officijs inseruiunt; & propterea duæ saltem uestes, & totidem superpellicea ad id in omnibus sacristijs asser uentur.

Vbi nullus haberi potest Clericus, qui Missæ inseruiat, ut decet, Mißæ ad aliam ecclesiam commodiorem trasferantur.

Inquibuscunq; ecclesijs, capellis, & oratorijs, etiam regularium, peregrinum sacerdotem secularem, regularem ue penitus incognitum celebrare, non est ferendum, nisi facultatem ab ordinario loci in scriptis se habere doceat; quæ non facilè concedatur, nisi habenti dimissorias litteras, à suo Episcopo firmatas.

Ad sacrum presbyteratus ordinem promotus non antea Mißam celebrare audeat, nec admittatur, nisi plenè de cærimonijs edoctus secreta memoriæ teneat, mysteria, & partes Missæ, ac illarum significationem perfectè intelligat, præparationes itidem in promptu habeat.

Isq; in maiori Ecclesia Missæ solemni sacro diebus festis epistolam, aut euangelium canere non recusabit, ubi necessitas urget; donec post eum duo alij sacerdotes pariter efficiantur.

Ornamenta altarium, & paramenta in ecclesijs non lacera, uel sordida, sed integra, pura sint, & munda, corporalia præsertim, & purificatoria.

Sacerdotes uino utantur albo in sacrificio Mißæ.

Postrema digitorum ablutio, uel purificatio super calice cum aqua ultimo loco, sed prima ablutio

calicis

calicis cum uino tantùm fiat.

Sacerdotes maioris ecclesiæ seruitio addicti, si contingerit in alijs ecclesijs, Episcopo permittente, Missas celebrare solicite, ita se habeant, ut neutra ecclesia suo seruitio fraudetur, & cum clero saltem Missæ solemni intersint, atq; conueniant omnes.

Celebrantes extra ciuitatem post offertorium populum docere teneantur orationem Dominicam, salutationem angelicam, Symbolum apostolicum, præcepta diuinæ legis, & quæ Episcopus magis expedire, & vtiliora esse iudicauerit.

Hoc idem, etiam Regulares omnes, saltem in primis duabus Missis, quibus rudiores, & pauperes solent interesse festiuis diebus, facturos confidimus.

Plures eleemosynas accipere pro unica Missa nulli liceat; cum sic accipiens, non tantùm peccet, sed ad restitutionem teneatur.

Missæ omnes, quæ Monialium monasterijs debentur, in cathedrali ecclesia celebrentur; quæ tamen ecclesia totidem Missas per certum, deputandum ab Episcopo, capellanum, eisdem rependat monasterijs.

Tabella inqualibet sacristia stet affixa, in qua describantur Missæ singulis diebus celebrandæ per quos, qua hora, & ad quæ altaria.

Liber itidem in quacunq; capella, extra cathedralem, siue Parochiales ecclesias posita, habeatur, inquo, celebrans diem, & testes singilatim annotabit debiti officij persoluti, cum subscriptione eorundem testium, saltem singulos menses.

Qui liber, ac tabellæ, saltem singulis mensibus per eligendum ab Ordinario uideātur fideliter, ac diligen-

ter, quo negligentes puniri, & ad satisfactionem compelli possint.

Studere debet sacerdos, ita se ad tam tremendum sacrosanctum ministerium ritè peragendum, præparare, ut quædam ante Missam, quædam uero in Missa, & quædam post Missam, tota deuotione spiritualia exercitia fiant, & obseruentur inferius annotanda.

De prædicatione verbi Dei.

PRAEDICATIO *uerbi Dei, quod præcipuum munus est Episcopi frequens sit in cathedralibus, & parochialibus ecclesijs, præsertim Dominicis diebus, aduentus Domini, & quadragesimæ; festis uero pascalibus, Corporis Domini, & alijs principalioribus anni solemnitatibus, præsertim cum celebrat Episcopus, sermonem ad populum per se ipsum habere maximè conuenit, & ubi frequenti populo Sacramenta in ecclesia est ministraturus, ipsorum uim mysteriorum, & cærimoniarum significationem declarare.*

Sic iubilei cuiusuis, ac uisitationis tempore de subiecta materia aliquid breuiter, piè, & grauiter disserere, ac docere utilissimum, ac necessarium cum populo, tum ipsi Episcopo salutare, ac laudabilissimum existimamus.

Nemo audeat publicè concionari, nisi de expressa licentia Episcopi, & nisi facta fidei professione, atq; habita, & bene uisa prius instructione, inferius describenda, eorumq; obseruanda, ac fugienda à concionatore, hic statuimus.

Qui prædicandi officio fungũtur sacram scripturam interpetrari debent, eo sensu, quem semper Catholica mater Ecclesia comprobauit, in euangelij, Apostolorum Symboli, orationis Dominicæ, salutationisq; angelicæ, Decalogi, ac Sacramẽtorum Ecclesiæ, Sanctorumq; rituum dilucida, ac deuota, ex Sanctorum Doctorum doctrinis explicatione, præcipuè decet esse occupatos concionatores; non autem in hereticorum opiniones apud imperitorum multitudinem, uel in difficiles, inanesq; questiones exagitandas, nihil uero ambiguum, anceps, concisè, & obscurè, ac ostentandæ doctrinæ, & eloquentiæ causa tractabunt.

Decreta Conciliorum præsertim Tridentini, quæ ad mores, & Christianam disciplinam pertinent, atq; constitutiones has studiosius etiam inculcabunt.

Populos suis obedire præpositis etiam discolis, doceant, & quonam pacto bonis animi, & corporis, quoue modo secundis, aduersisq; rebus utantur; ut ea sint illis instrumenta ad uitam æternam consequendam: uitia quæ nouerint eße frequentiora illi loco frequenter reprehendant.

Caueantq; ne quod prædicatione edificant, id uita, moribusq; destruant.

Nec certum Antichristi tempus, extremumq; iudicij diem pronuncient.

Neq; historias ex apocryphis scriptoribus, aut noua miracula, uel ineptas fabulas, ridiculosaq; uerba per cantentur.

Prælatosuè, nec magistratus cum auditorum offẽsionem, publicè asperius obiurgent.

Neq; aliquem populo paupertatis nomine absq;

Episcopi

piscopi licentia cõmendent.

Nec inter concionandum, si permissum fuerit, il-
ius eleemosynam, nisi peracta concione, ad ecclesiæ
paluas peti permittant.

Concio sacra non de nocte, sed opportuno tempore
fiat.

In ecclesia curabunt Episcopi, & Parochi, vt vi
rorum, & mulierum distincta sint loca; & in audien-
dis prædicationibus, aspectu etiam aliquo, intermedio
tabulatu, disiungantur.

Initium quadragesimæ, & aduentus Domini, à
pœnitentiæ Sacramentum, confessionis, & sanctissimæ
Eucharistiæ sumptionis, vitæ innouatione, & à vitio-
rum vero ieiunio, sumendum esse.

Post verò medium quadragesimæ, vt fideles om-
nes ante palmarum dominicam, sua peccata omnino
confiteantur, atq; etiam, vt ecclesias, præcipuè, dum
diuina celebrantur officia, frequentent; eosq; doceant
nè diuinæ scripturæ verbis ad profana colloquia, aut
ad impias incantationes, diabolicasq; superstitiones,
vel famosos libellos abuti, quis audeat.

Nullus solemnis labatur dies, in quauis ecclesia,
vbi frequens est populus, absq; concione, aut lectione,
inter Missarum solemnia, recitanda.

Quod is, cui illius ecclesiæ cura commissa est, pro
ut Episcopus mandauerit, fieri, & exequi diligenter
procurabit.

De Regularibus.

CVRENT Episcopi singulis annis, quorũcumq; monasteriorum Regularium suis in dioecesibus, existentium superiores ad se conuocare, ac eorum studium, & diligentiam pro diuini cultus decore, suarum visitationum, ac sacri Concilij Tridentini exequutione exquirant, eosq; omnia, & singula ad quæ tenentur, ut exequantur moneant, & hortentur in Domino.

Vt tabella in sacristia perpetuo affixa sit, omnium onerum, & obligationum de Missis, & anniuersarijs defunctorum faciendis:

Alia onera in secularibus ecclesijs ne suscipiant, quibus, suis ecclesijs, ac debitis oneribus desint.

Nec inhabiles, illitteratos, & eos, qui Mißarum ritus ignorant, & cærimonias, vel corporis, animiq; defectum patiuntur aliquem, ad Mißæ celebrationem publicè, admittant.

Cænobia Religiosorum muro septa, ita seruentur, vt aditus, nisi per cõmunem portam nulli pateat, portaq; ipsa (vt decet) clausa teneatur.

Laicos intra septa monasterij versari, nisi ex vrgenti causa nullatenus patiantur, nec in sacristia, dum ad diuina celebranda præparantur.

Facinorosos etiã suspectos omnino excludãt, ne ĩ poenas Bullæ S. D. N. Gregorij Papæ xiij. contra ipsos receptatores emanatas incidant: tam intra, quàm extra ciuitatẽ soli, noctis verò tẽpore etiã aßociati nõ incedant.

Confeßiones non, nisi in ecclesia, audiantur; & confeßionalia loco conspicuo, ad iam præscriptam formam conuenienter aptentur.

Qui

Qui confessiones audiunt, eorum nomina, qui in quadragesima confitentur describant, & post octauam paschalis Episcopo deferant.

Ecclesiarum munditiem, sacristiæ, altarium, sacræq; supellectilis, & rerum omnium sacrarum conseruent, atq; etiam in omnibus, quoad fieri poterit, cathedralibus ecclesiis se conformare studeant, vt scilicet lectiones, exercitia de casibus conscientiæ, deq; his frequentes concertationes inter se in singulis cænobiis habeant; vel ad ecclesias vbi huiusmodi lectiones leguntur accedant.

Intra Missarum solemnia, dum extra ciuitatem celebrant, ea fideles doceant, quæ ab aliis presbyteris secularibus seruari, ac doceri Episcopus statuet.

In prouinciali Synodo inquiratur, an Regulares exequantur, quæ Tridentina Cōstitutione de eis sancita sunt in defectum capitulorum generaliū in Prouinciali Concilio supplēda, ac prouidēda eiusdē Tridentini Decreto.

De festorum dierum obseruatione, & cultu.

EA dumtaxat festa obligare ad obseruationem volumus, quæ a Sancta Romana Ecclesia statuta sūt, reliqua verò pro locorum deuotione inuenta, vsq; ad expleta tantùm Missarum solemnia ab omni seruili opere abstinere, & Mißam audire vtriusq; sexus fideles teneantur: Patronorum tamen festis præsertim ciuitatis, & cathedralium ecclesiarum in suo robore & consueto instituto permanendis. Idem statuimus de festo

Patroni ecclesiæ parochialis in proprijs eiusdem ecclesiæ finibus integrè, pièq; seruari.

Festus dies, & in quo, quis ab opere seruili vacare debet, vt iure statutum est, à media nocte præcedente colatur, & obseruetur vsque ad mediam noctem, ipsum diem subsequentem.

Nihil venale exponatur præter ea, quæ ad victum eius diei sunt necessaria, vel ad infirmorum curationem.

Curent Episcopi, ne festis diebus, cum diuina præsertim celebrantur officia, vel solemnioribus indulgentiarum processionumq; temporibus inania spectacula choreæ, vel saltationes in ciuitatibus, suburbijs, oppidis, & vicis fiant; neq; contractus, aut cuiusuis executiones, subhastationesq; absq; ipsorum licentia.

De processionibus.

CLERICI omnes in processionibus quibuscumq; talari veste, ac superpelliceo induti absq; chirothecis, & pileis sed cum bireto, quo decet ordine, ac moderatione procedant, inanibus colloquijs omnino exclusis; psalmis, himnis, canticisq; spiritualibus psallentes, non ore tantùm, sed corde, & ad id, quod agitur, finemq; eius, ac significationem, tùm verborum cùm cærimoniarum ipsarum mentem dirigant.

Laici à Clericis, & feminæ à viris seiuncti prosequantur.

Candelis accensis in Sanctissimi Sacramenti processione,

sione, capiteq; detecto (nisi pluuia, vel infirmitas impediat) omnes incedant.

Musicis cuiusuis generis instrumentis nullo pacto vti liceat in processionibus.

Aulea, picturęq; profanum, vel lasciuum aliquod, præseferentia, recitationesq; carminum, ac repræsentationes iocose, & inanes omittantur.

Nullus neq; masculus, neq; fœmina tēpore processionis fenestris insideat, sed, vel prosequatur, vel in atrio domus, aut intus oret, & genuflectat.

De his quæ pertinent ad Sacramentorum administrationem.

SACERDOS *quicumq;, cautè animaduertat, ne in mortali peccato Sacramenta ministret.*

Ante omnia Sacramentorum minister actualem in se suscipiat intentionem, vel eam saltem, quam sacri theologi virtualem vocant, videlicet, se velle realiter, & cum effectu Sacramentum conficere; & hoc quantùm ad sacram Eucharistiam.

Quantùm verò ad alia Sacramenta cum omni similiter affectu, ea intentione ministrare, & conferre, sicuti Sancta mater Ecclesia Romana instituit, atq; ministrare intendit.

Hisq; cærimonijs, & orationibus in administratione Sacramentorum vtatur, quibus in sacerdotali pontificaliq; Romana Ecclesia vtitur.

In ipsorum administratione omnes, iuxta sacri Concilij determinationem, tollantur abusus, maximè, qui quæstum sapiunt, vel superstitionem.

De Sacramento Baptismi.

FONS baptismalis è marmore, aut duro constet lapide non spongioso.

Operimentum piramidale habeat, & ad sacra olea tutò conseruanda decenter accõmodatum, velo è tela saltem opertum.

Tabellam item intrinsecus, quæ dimidia tantùm aperiatur, fontisq; ostium compressè claudens, vt aqua à puluere, & sordibus cautius tueatur.

Sepiatur vnumquodq; baptisterium ligneis cancellis.

Præterea si extra capellã, aut parietis concauitatem constructum sit, tegmen habeat ex marmore, vel tabulis, aut è tela decenter picta, confectum.

Aliqua etiam imago in pariete proximo, veluti Sancti Ioannis Baptistæ Christum Dominum baptizantis loco conuenit.

Sit quoq; in ecclesiæ ingressu collocatum, idq; à sinistra ingredientium parte, nisi pro situs ratione, illud ab altera potius collocandum Episcopus iudicauerit.

In baptismalis fontis ciborio, mantilia saltem duo munda seruentur, quibus infantium capita abstergãtur.

Si tamen aliquando mantilia, sudariola ue noua afferuntur, in ecclesiæ vsu conuertantur.

In baptismali autem fonte, caueat baptizans ne

aqua infantis capiti infusa in eodem fonte recidat, sed bacili paruulo æreo, stannatoq; colligatur, dum caput infantis abluitur, & deinde in sacrarium proijciatur, propè fontem constructum.

Nemini liceat quēquā intra domesticos parietes baptizare, nisi instante necessitate, & mortis periculo: quòd si domi baptizatus ad veram baptismi formam superuixerit in ecclesia præsentetur, vt baptismi ritus tantùm, cærimoniæq; adhibeantur.

Is in libro baptizatorum, sicut & cæteri in ecclesia baptizati, vt moris est, à parocho describatur.

Compatrum quoq;, ac testium duorum saltem nomina simul, & cognomina.

Captiui, infideles, adulti, & qui mancipia appellantur, in quibus signum aliquod conuersionis cognitum fuerit, omnia, quæ Christianos scire oportet doceantur: ac, nisi prius instructi, & diligenter examinati fuerint ac de Episcopi licentia, non baptizentur.

Parochus baptizandi formulam publicè populum, ac mulieres obstetrices priuatè, & diligentius in ecclesia doceat; easq; admoneat ne statim natos baptizent infantes, nisi instante mortis periculo, ordineq;, ac forma seruata, quæ baptismo conuenit, & catechismo Romano continetur; nec tamen vltra octauum diem baptismum differre in periculum animarum patiatur.

Parochus compatres, siue commatres doceat, quam cognationem, tam in baptismi, quàm in confirmationis Sacramento contraxerint, & qualiter ex hac spirituali cognatione puerum catholicam fidem, probatosque mores docere, eiusque salutis curam

 gerere

gerere (si parentes id facere omittant) teneantur.

Videat Parochus, ne excõmunicatos, uel eos, qui eo anno pascali tempore confessi, communicatiq; non fuerint, uel orationem Dominicam, salutationem angelicam, & Symbolum fidei nescientes, ad leuandum de Sacro fonte baptizatum, admittat, ueluti nec ad confirmationis Sacramentum.

Obstetricibus interdicatur exercitium, & nemini concedatur, nisi prius fuerint illæ edoctæ à parocho de uera baptizandi forma, & ab eodem in scriptis obtenta licentia.

De Sacramento Confirmationis.

CONVENIT, ut hoc Sacramentum singulis annis primo die Pentecostes, mane, potius quàm uespere, in maiori ecclesia, & eo meliori, ac sanctiori, quo decet ordine, atq; solemniter conferatur.

Dum hoc ministratur Sacramentum, Parochi Episcopo assistant, ex libro baptizatorum, siue status animarum puerorũ etates recognoscant, minorem septennio non admittant.

Reliqui omnes Canonici, & ministrantes circumstent superpelliceis induti; neminem, nisi idoneũ prius recognitum ad Episcopum ingredi permittentes.

Confirmatorum nomina, patrinorum & dies per Episcopi cancellarium diligenter, fideliterq; describantur.

Præmoneant Parochi, ut quicumque intra suæ parochiæ

rochiæ fines adulta ætate confirmandi sunt, prius sua cõfiteantur peccata; ac etiam ieiuni ad hoc Sacramẽtum, quando mane ministratur accedant.

Describant singulis annis, quos habiles ad hoc Sacramentum suscipiendum in propria parochia iudicauerint, ac per aliquot dies ante festum pentecostes ad Episcopum deferant scripta confirmandorum nomina.

Olea, & sanctum Chrisma, nisi sacris initiato deferre non concedatur.

Confirmati frons primùm bombice diligenter à Sacerdote abstergatur, mox à clerico, in sacris constituto aqua lauetur, sudarioloq; abstergatur; aqua uerò, in sacrarium proijciatur.

De Sacramento pœnitẽtiæ.

IN confessionalibus quarumcumq; ecclesiarum hæc sint affixa, uidelicet, imago sacra Crucifixi, tabella casuum, quos sibi Episcopus reseruauit, & forma absolutionis Sacramentalis; Bulla uero Cenæ Domini in sacristia affixa permaneat, cum annotatione etiam aliorum casuum, de iure summo Pontifici reseruatorum.

Confessionalia ipsa tabulam inter confessarium, & confitentem habeant interiacentem cum lamina ferrea exiguis foraminibus, ad audiendi, non uidendi cõmoditatem perforata, maximè pro audiendis mulierum confessionibus.

Priuatis in domibus, confessiones audire, nisi necessitate vrgente nulli liceat; neque in ecclesia ante so-

lis ortum,

lis ortum, vel post eius occasum.

Episcopus, iuxta sacri Tridentini Concilij, praescriptum in sua cathedrali ecclesia poenitentiariū instituat cum vnione praebendae, quae si tenuis est, illi simplex aliquod beneficium vniatur, qui ad poenitentiae sacramentum, caeteraq; ad sacras confessiones audiendas pertinentia confessarios instruat, & clericos.

Seculares, & Regulares presbyteri ad audiendas confessiones admittantur, qui vita, moribus, doctrina, & etate in examine idonei reperti fuerint.

Regulares habeant scriptam fidem suae probitatis, & doctrinae, ac licentiam à suo Prouinciali, vel illius Vicario.

A casibus Episcopo reseruatis, cuiusuis priuilegij indulgentiarum, ac iubilei praetextu, nisi de licentia ipsius Ordinarij, neminem absoluant, praeterquam si ex literis Apostolicis post Cōcilij Tridentini publicationem emanatis; id eis permissum sit, de qua tamen facultate fidem ordinario per earumdem litterarum ostensionem, prius facere teneantur.

Votorum non reseruatorum commutationes in maiora, aequalia, ac Deo gratiora pietatis opera, tantùm concedantur.

Medici, vbi ad aegrotos curandos secundò, vel tertiò accesserint, eos admoneant, & compellant, vt suorū peccatorum confessionem faciant, iuxta Pij V. bullā; alias ipsorum curam negligant & omittant.

Medici, Parochum de subditorum infirmitate certiorem faciant per se, vel per alium, quo statim is, pro sui officij munere, aegrotos uisitare, spiritualibus remedijs subuenire, & ad necessaria Sacramenta suscipienda

hortari

hortari, & inducere queat.

Confessarij sciant in primis Canones poenitentiales, vt de peccatorum, ac poenarum grauitate possint penitentes admonere, sibiq; non licere ab excõmunicatione notoria, uel, quæ ad forum iudiciale deducta sit absoluere; neq; super irregularitate, cuiusuis, etiam iubilei, & indulgentiarum virtute, aut litterarum Apostolicarum auctoritate, nisi spetialiter illam contineant, dispensare, neq; in illis suspensionibus, & irregularitatibus, quæ ex occulto proueniunt delicto absq; Episcopi auctoritate, iuxta Concilij Tridentini, & Illustrissimæ Congregationis declarationem,

Qui alicuius restitutionis, vel legatorum ad pias causas obligatione reperitur adstrictus, sitq; soluendo, si semel absolutus cum promissione satisfaciendi, non satisfecerit, denuo non absoluatur, nisi facta prius satisfactione, saltem perpignora, vel idoneum fideiussorem, vel à creditore nouam dilationem obtinuerit.

Commutationes piorum legatorum non reseruatæ paruiq; momenti, quæ aliquando confessarijs solent concedi, nullo pacto in sui, vel suæ religionis, & ecclesiæ lucrum, vel vtilitatem commutabunt, sed in alienæ ecclesiæ potius, vt quæstus omnem suspicionem effugiant.

Idem seruetur de quacumq; mulcta siue eleemosynali poenitentia pro modo culpæ, iudicio confessarij, fortè iniungenda.

Poenitentia illa salutaris præcipua sit, & à confessarijs

ſarijs imponatur matutinæ, ac veſpertinæ certæ orationis, & quotidianæ alicuius ſpiritualis exercitationis breuioris, ſeu longioris pro captu, & pœnitentium qualitate.

Nec quicquam in ipſo actu confeſſionis à pœnitēte exigant, vel accipiant, confeſſionis cauſa; neq; à ſponte dantibus.

Confeſſarius ſuos pœnitentes litterarum ignaros moneat, vt quilibet coronam habeat, eamq; quotidie deuotè dicat in eccleſia, ſiue domi, vel etiam in itinere, ubi aliter non poteſt; & quòd in eccleſia ante Sanctiſſimum Sacramentum ambobus genibus flexis, & in tota miſſa (excepto euangelio) orare aſſueſcat.

Mulieres uerò, ut quadrageſimæ, aliorumq; ieiuniorum tempore ſimplici, atque humili ueſtitu utantur, multo magis in hebdomada ſancta, ac ad confeſſionem, & communionem, non, niſi capite uelato ad mediam uſq; faciem accedant.

Rudes pœnitentes, & rurales in initio confeſſionis orationem Dominicam, ſalutationem angelicam, & apoſtolorum Symbolum iubeat recitare, erranteſq; doceat; & grauiter arguat.

Illoſq;, ſi ſemel, & bis moniti, memoriæ mandare neglexerint, niſi de licentia Epiſcopi, non abſoluat.

Conſtituantur plures ſacerdotes idonei, qui in ciuitate, ac diœceſi audiant confeſſiones Clericorum omnium.

De

De Sacramento Eucharistiæ.

TABERNACVLVM, quod pro agendis processionibus, uel exponendæ sacræ hostiæ usui est, ex lucido sit crictallo, uel uitro, lunulamq; habeat cum supposito, ex argento paruulo scuto, ut aperiri cõmodè possit, & fragmenta colligi.

Duas pyxides unaqueq; parochialis ecclesia habeat, unam maiorem ad sacræ communionis usum, populo in ecclesia ministrandæ, alteram uerò minorem, qua Sanctissimum Sacramentum ad infirmos deferatur.

Parochi ritus omnes maioris ecclesiæ, & obseruationes in huius, atq; aliorum Sacramentorum administratione pro uiribus imitari studeant.

In quibus solemnitatibus frequens populus cernitur communicaturus, mares à feminis disiungantur duabus paratis mensis, uel, primò maribus, deindè fœminis admissis, & communicatis.

Et interim dum Sacramentum ministratur sacra aliqua lectio arbitrio Episcopi, ad rem accomodata non desit.

Feria quinta cenæ Domini sacerdotes omnes eodem die non celebrantes, Clerici, & tota Episcopi familia Eucharistiæ Sacramentum sumere non omittant.

Eadem quinta feria distribuatur certus numerus confratrum societatis Corporis Christi per singulas horas, ad sacellum sancti sepulchri custodiendum, ibiq; orandum toto illo tempore, quò illic sanctissima eucharistia detinetur.

Parochi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum

paschali

pascali tempore, ijs tantùm ministrabunt, qui, uel originem, aut incolatum in parochiæ finibus uerè contraxerunt.

Ideoq; ante omnia cõmunicaturis, & toto populo denuntiabunt, quod si quis eorum parochiæ suæ incola non est, ad suam parochialem ecclesiam reuertatur, ubi eo tempore sacram cõmunionem sumere tenetur.

Parochus, post octauam pascatis, statim scripto deferat ad Episcopum nomina eorum, qui cõmunicauerint, & qui non: quorum si reperti fuerint aliqui extra dioecesim cõmunicasse eis nihilominus terminus detur; intra quem in sua parochia possint, ac debeant, etiam cõmunicare: reliqui uerò pro culpæ ratione; & negligentiæ semel moniti, iuris remedijs censurisq; ecclesiæ parere, & propriæ saluti prospicere compellantur.

Mulieres sacello sancti Sepulchri, dum in eo sanctissima Eucharistia asseruatur, ibiq; homines inuigilare solent, aut orare, neq; nimium appropinquẽt, neq; circumsedeant.

Episcopus de uita, & moribus pauperum mendicantium diligenter inquirat, curetq; ut in paschate sua peccata confiteantur, atq; cõmunicent.

Non plures quinq; particulæ cõsecratæ in altari, ac tabernaculo assiduè conseruentur, singulis octo diebus, quinta quaq; feria, in memoriam institutionis, renouandæ.

Ante cuius conspectum die, noctuq; plures, uel una saltem lampas accensa conspiciatur.

Cum sacrum Dominici Corporis Sacramentum Parochus

rochus ad ægros defert, non solum superpelliceo, & stola, sed etiam pluuiali, umbella simul seu baldachino, ac tintinabulo semper utatur, campanæ maioris sonitu, fidelibus prius de more conuocatis.

Vasculum sub uelo decenter contectum, ac etiam purificatorium secum deferat pro digitis abstergendis, cum duabus sacratis particulis iuxta Romani ritus consuetudinem.

In domo ægroti mensa cum luminaribus paretur, & aqua sit ibi, uel uinum pro digitorum ablutione sacerdotis, ac purificatione infirmi.

Aqua etiam benedicta, cum qua infirmum, & astantes omnes sacerdos aspergat.

Cum ad ecclesiam redierit comitantibus indulgentiã, quam consecuti sint denuntiet, eisq; benedicat.

Si Parochus ipse, legitimè impeditus, sacrum ægro uiaticum afferre non poterit. ministerio confessarij sacerdotis utatur: non autem illius, qui nondum ad confessiones audiendas ab Episcopo est admissus.

Nec deferatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum infirmo, nisi ieiuno, de mane, nisi periculum sit mora.

Instituatur oratio xl. horarum in cathedrali, & parochialibus ecclesijs, saltem quattuor anni solemnioribus temporibus; idest Natalis Domini, pascatis resurrectionis, pentecostes, & infra octauam Corporis Christi, de die tantùm post missarum celebrationem.

De

De Sacramento extremæ Vnctionis.

EPISCOPVS diligenter inquirat; an parochi erga infirmos se exhibeant paratos, ac diligentes ad omne animarum, & corporum, ad quod tenentur obsequium; desides exciiet, ac etiam grauiter puniat pro modo culpæ, & per se ipsum, ubi cõmode potest, grauiter laborantes, iuxtà personarum qualitatem paterna charitate aliquando uisitare, non dedignetur, & Episcopalem moribundis benedictionem impertiri, uel ipse parochus; & confessarij in extremis laborantes inducant ad ipsam sibi per alium petendam benedictionem.

Parochus, cum ad Sacramentum extremæ unctionis ministrandum accesserit (quod tantùm moribundis medicorum iudicio est ministrandum) & ægrotus omnem interdum sensum amiserit, si adhuc uiuens, & dum rationis compos erat petierit, uel accipere non recusauit poterit sacramentum eidem adhibere ac ministrare.

Hortetur etiam astantes ut orent pro infirmo aliaq; faciet, quæ ad solamen ægrotantis, & astantium ædificationem sibi pertinere uidebitur; atque ad illius animæ cõmendationem presto semper erit; quod si dum Sacramentum ministratur æger moriatur parochus ungere desistat.

Cum autem ad infirmum in mortis periculo constitutum; & à parochiali ecclesia longè remotum, est eundum, Parochus poterit ad eum sanctissimam Eucharistiam; simul & oleum infirmorum deferre, ut si opus erit

rit, illud etiam adhibeat.

Presbyteros, vel saltem Clericos, superpelliceo indutos, secũ habeat; & in cubiculo infirmi mensam par vulam sterni faciat; super qua vas cum bombyce, siue stuppa, quæ postea comburantur; mica panis, & aqua sint parata, ad abstergendas vnctiones infirmi, & extremitates digitorum sacerdotis abluendas.

Mulieribus pectus non renes inungat.

Nota hoc etiam statutum in Synodo Nucerina de anno Dñi 1569. fol. 2a cap: 21. pag: 116.

De Sacramento Ordinis.

EPiscopus, statutis à iure temporibus ordinationes celebraturus, vno, vel duobus ante mensibus publico edicto quotquot promonẽdi sint, euocabit, vt statuta die examen subituri accedant, quos circa ordinẽ, quem quis suscipere voluerit, ipse Episcopus, vel alius, per eum deputatus examinator, non solum litterarum, & cantus, verùm etiam in recitandis horis canonicis peritia experiri poterit, & veritatem de iis, quæ infra in vno quoque ordine statuimus, elicere.

Examinator, doctrina, moribus, & experientia idoneus eligendus, postposita omni spe, vel metu, atq; terreno affectu, soloq; Dei timore sibi proposito, diligenter munus suum, atq; fideliter exequatur.

Memoria repetat, quæ Tridentina, & hac nostra synodo statuta reperiuntur, eaq; obseruet diligenter.

Integrum & exactissimum illum examinandi ordinem perlegat, qui in Conc. Mediolanensi V. descriptus continetur, vt ad ea omnia examen suum rectè possit instituere, atq; accommodare.

Examinandi ordo Conc. Mediolan. iussu sacræ congregationis Cardinalium Conc. Trident. interpetrū, hic describitur.

IN ecclesiæ administratione, vt necessarium, ita multiplex est examinis de litterarum peritia, & disciplina officium: modò namque ab Episcopo, cum ad eorum, qui ordinis sacramento initiandi sunt, tum etiā ad concionatorum, confeßariorumq; approbationem adhibetur; tum præterea ad indagandam, perspiciendáq; clerici in litterarum studijs rationem, progreßionemue: ad aliaq; item multa Episcopo idem adiumento, atque vsui est: modo autem non solùm de illis, qui ecclesijs parochialibus, alijsq; curam animarum habentibus, præficiuntur, illud instituitur, & conficitur, sed de ijs etiam, quibus beneficia ecclesiastica cuiuscumque generis, vel literarum Apostolicarum, quæ forma, DIGNVM, conscribi solent, auctoritate, vel alio iure cōferuntur, quiue ad ea præsentationis, nominationis, electionisue nomine instituuntur. Quamobrem, vt omnis, quacumque causa suscipitur, hæc examinandi ratio per examinatores, vt fieri potest, quam rectissimè conficiatur; præter aliqua, quæ præsertim Concilio prouinciali quarto enucleatiùs decreta sunt, has etiam instructiones conficiendas censuimus, quæ partim ad vniuersum hunc examinandi modum pertinent, partim verò certorum examinum propria sunt. Atque ijs quidem omnibus pro sua quisque pietate Episcopus, & prudentia alias etiam instructiones adiungat, aut de ijs aliquid remittat licet, prout è sua

dioecesis

dioecesis rationibus, atque vsu esse viderit.
Quæ instructiones, vt in morem, & vsum inducantur, cura sit eiusdem Episcopi, & Vicarij, qui examini præest.

Porrò in primis examinatores in synodo dioecesana constituti, cum eorum, qui ecclesiis parochialibus præficiendi sunt, examen ineunt, iurisiurandi, quo publice in synodo, quo primum tempore delecti sunt, se se obstrinxerint, memores videant, vt omni humana affectione deposita, munus à se susceptum rectè curent, atque administrent, ne quòd sanctè, religioseq; spopōderint, violent, ac propterea periuri fiant.

Examinis causa, occasioneue, nihil quicquam, ne minimum quidem, neque ante, neque verò post accipiant; alioqui sciant, qui dant, se simoniæ crimen ex sanctione Tridentina subiisse, nec verò preterea se, neque adeò illos, qui dant, absolui licere, nisi dimissis beneficijs ecclesiasticis, quæcumque obtinent; ac inhabiles item factos se esse, quibus in posterum ea, vel alia conferantur.

De omni verò culpa, in suscepto munere commissa, & rationem etiam in Synodo prouinciali reddant, in eaq; grauiter auctoritate Tridentini Concilij puniantur.

Nec verò item qui examinatores libere pro arbitratu Episcopi ad alios quocumque nomine, causaue examinandos asciscuntur, examinis occasione unquam quicquam, ne esculenta quidem, poculentaue capiant. Qui contra fecerit, cum indignus deinceps censeatur, qui id muneris gerat, tum alia pœna arbitrio Episcopi afficiatur.

Omnes verò examinatores, quicumque sint, noue-

tint, sibi munus vsque adeo graue committi, vt si negligenter, aut malè se vllo modo gesserint, Deo in primis culpæ in eo munere admissæ, exactam rationem reddituri sint.

Quare non spe, non metu, non præmio, non personarum ratione, non aliquo affectu ducti, muneris sibi commissi curam gerant.

Proposito sibi in primis timore Dei, ne quemquam, quem indignum norint, probent; rursus quem, experimento, periculoue facto, idoneum, dignumq; comperiunt, ne reijciant. Itaque grauiter, maturè, prudenter recteq; tum de probando, tum de reijciendo deliberent.

Cum in locum conuenerint, vbi moris est, clericorũ experimentum fieri, pr[illegible] aggrediantur, à stata prece, orationeq; congregationum vsui præscripta, quam de libro pronunciat, qui examini præsidet, initium faciant; hoc piè, intimeq; precantes, vt Dei ope in primis illud rectè, prudenter, diuinæq; voluntati congruenter conficiant.

Ne quempiam, de quo examen, periculumue fiat, examinator alij collegæ vlla ratione commendet.

Ne ad alicuius examen accedat, nec vero suffragij ius habeat, nisi Episcopi, Vicarijue iußu ad illud euocatus.

Si quis, quempiam priuatim docuerit, qui examen subiturus est, cum id subibit, ne præsens quidem ille adsit, nedum ad examen adhibeatur; sed alius in eius locum, Episcopi, Vicariiue iussu tunc uocetur.

Cautio diligens sit, ne alterius nomine quis examen experiatur, experimentumue subeat, quod aliquando

factum

factum esse compertum est.

Queratur item diligenter de ijs, qui ad examen subeundum accesserint, an alias institutis de more examinandi quæstionibus, experimentum, periculumne sui fecerint, anq; si quid extet, quod de illis compertum, vel deliberatum sit.

Ne examinis initium fiat, nisi præsentes adsint tum Episcopus, vel Vicarius, tum examinatores ex præscripto Concilij Tridentini, ad minimum tres, cum de beneficio curato quauis ratione conferendo examen instituitur. Id quod locum etiam habeat deinceps, cum vel de aliquo maioribus ordinibus initiando, vel de concionatore, confessarioue approbando examen conficitur.

Cum quis in examen venerit, eius vultus, & habitus corporis, & vestitus, & incessus, & gestus, & sermo inspiciatur diligenter.

Si quis vel clericali vestitu deformi ab ordinis ecclesiastici decore, aut disciplina alieno indutus, vel sine congrua pro sui status, & ordinis ratione tonsura accesserit; ne ad vllam examinis, experimentiue rationẽ ei aditus fiat, nisi decenti veste amictus, & tonsura præscripta ad illud redierit.

Ne de vllo quoque initiando, si modò non aliter Episcopus aliquando censuerit, examen, experimentumue antea fiat, quàm ætatis, natalium, aut dispensationis concessæ, beneficij ecclesiastici, vel pensionis, patrimonijue testificationes scriptas, easdemq; à Vicario Episcopali recognitas, illiusq; subscriptione signatas, ac probatas attulerit, exhibueritue: nisi aliquãdo Episcopus eas post examen exhiberi, recognosciue iusserit.

Neque item, nisi alias præscriptas decretis prouincia libus, edictione Episcopali testificationes dederit.

Nec verò præterea, nisi de eo à Cancellario Episcopali examinatores audierint, cognoverintue, quæcumque Episcopi iussu inquisitiones de eo factæ, atque ex officio præscriptæ, aliorum litteris significatæ, vel denunciatæ, vel delatæ sint. Testificationes verò omnes, tum ab eo, qui initiandus est, tum ab alio quouis examinis occasione exhibitæ, Cancellario Episcopali restituantur, tradanturue.

Cuius sit illas ipsas in codicem certum, eo nomine confectum, summatim referre, eundemq; in archiuio Episcopali aßeruare.

Verùm testificationes ætatis, natalium, ac si de eo, qui maioribus ordinibus initiandus est, agitur, patrimonij, beneficiiue ecclesiastici idem Cancellarius aßeruet; ac litteris publicis, quas de eo, qui ordinem susceperit, conficiet, de illis pro ratione sibi præscripta testatum faciat.

Cum examen initur illius, cui in curam certa ecclesia parochialis tradenda est, videant ante examinatores, qui, qualis, & quàm numerosus populus sit, cuius parochialem curationem is suscipiet.

Qua sanè re diligenter explorata in examine, quod inibunt, sibi proponant accuratè perspicere, an ad eam curam suscipiendam, gerendamue idoneus omnino ille sit.

His omnibus ita præscriptis, examinatores ordine ad interrogationes, questionesue veniant. Atque in examine quidem ea ratio ineatur, vt interrogationes, quæstionesue is examinator proponat, quem pro vicissitu-

dinis

dinis ratione, & pro doctrinæ, disciplinæue genere, modo hunc, modo illum, in eo ipso examine Episcopus, Vicariusue, examinis præses, interrogari iusserit, vt ne vnus alterum vario, multiplicique interrogationum modo certatim interpellet.

Interrogationum porrò, & quæstionum rationem examinatores ita teneant, vt illis inter se sic distributis examinis instituti rationibus, prout oportet, cumulate satisfactum sit; atque eorum vnusquisque quo de genere quærere instituerit, ita de eo quærat, interrogetue, vt, quemadmodum par est, illius generis quæstiones, interrogationesue satis explicatæ sint.

Silentio, dum examen habetur vtantur: nec inter se colloquia, confabulationesue habeant: nec mutuas itidem quæstiones, dubiorumq; explicationes sibi proponant; sed ad illius, de cuius doctrina interrogationibus quæritur, responsiones attenti, animum attentionis studio eidem addant, ad rectè explicandas propositas sibi questiones. Nec verò examinatorem, loco suo interrogantem, alius interturbet: sed vnusquisque expectet, dum sibi ordine, pro quæstionis genere, rationeuè interrogare contigerit.

In quæstionibus, interrogationibusue proponendis non verbis, non aspectu, non vllo modo seueros, vehementesq; se præbeant; vt, qui examen subeunt, seueritate deterriti, animum ne despondeant, memoriaq; languescant, ac vacillent non sine aliquo dedecore: at benigni, gratiq; animi significatione illos, vel disserentes, vel respondentes audiant: nec verò quibusdam interrogantiunculis, aliauè vlla ratione interpellent.

Si quid autem vel in disserendo, vel in legendo, vel in

pronunciando, vel in respondendo eos offendere animaduerterint: ne tunc illos doceant, obiurgentuè, ac ne moneant quidem, nisi quid ad examen rectè instituendum perficiendumue pertineat; sed examine peracto eos breui admoneant, doceantue, si quid necessario illos tunc admouendos, docendosue duxerint.
In omnibus porrò, & singulis examinis interrogationibus spectetur non solùm vniuscuiusque eorum, qui examinantur, scientia; sed etiam vsus, iudicium, ingenij vis, ac solertia.

Examinis autem omnium ea ratio instituta sit.
Vt primo de toto vitæ statu, genere, patria, domiciliovè eius quæratur, qui examen subit.
An impedimentum aliquod habeat, quo irretitus, vel initiari, vel beneficium ecclesiasticum, cuius nomine experimentum fit, vel prædicandi munus, vel confessiones audiendi suscipere, ac exercere non possit. Quo impedimento, si quis etiam occultè illigatus tenetur; id planè Episcopo saltem patefaciat, ne quisquam illegitimè vel initietur, vel beneficium consequatur, vel aliud munus suscipiat, geratuè.
An in orationis sanctæ studio, vsuq; versatus.
Quibus meditationibus instructus, Deum tacitus oret.
Qui orationis modus.
Qui illius fructus, quæue vtilitatis.
Quod, quibusue partibus illa constet.
Quæ regulæ præparationis ad orationem, & cætera multa eiusdem generis, prout prudens, piusq; examinator pro ratione aut personæ, de qua quæritur, aut causæ, ob quam fit examen, opus esse viderit.

His perquisitis, examinatores, ad sciētiæ, eruditionisue experi-

ue experimentum descendant. Vt autem ij certam sibi formulam proponant, qua illorum, qui examinantur, & litterarum doctrinam, & vitæ clericalis disciplinam, & rei ecclesiasticæ peritiam experiantur; in omni experimenti, examinisue ratione, sacris biblijs, catechismo Romano in primis, Concilio Tridentino, sacrorum canonum decretis, & alijs pontificijs constitutionibus, synodisq; tum prouincialibus, tum diœcesanis vtantur, vnde suas interrogationes hauriant, quibus, prout est illorum ingenij captus, explorent eorūdem & scientiam, & ecclesiasticarum rerum notitiam, atque vsum.

Cautio autem sit, vt si, dum quis interrogatur, ita rudem, atque ignarum se ostendat, qui rerum facilium, minimarumq; nullam scientiam, usumq; teneat, ne aliarum rerum difficilium interrogationibus tempus cōteratur.

Rursus cum quempiam, quanta doctrina, & vsu litteratè peritus sit, exploratum erit, non est, cur pluribus interrogationibus secum diutius agatur.

Nunc igitur vniuersè infra præscribemus, quæ ad rationem pertinent vniuscuiusque examinis eorum, qui vel ordinis Sacramenta initiantur, vel parochialium ecclesiarum curam, vel alterius beneficij munus suscipiunt, vel sacræ confessionis audiendæ officium sumunt, vel ad Dei prædicationem mittuntur. At uerò spectatim longè plura, atque adeò pauciora, prudentum examinatorum, ac præsertim Episcopi, eiusue, qui examini præest, iudicio relinquuntur, & pro eorum captu, qui ad examen accedunt, & pro ordine, quo quis initiandus est, & pro ratione locorum, qui mittuntur,

& pro

& pro genere doctrinæ quam profitentur.

Qui verò earum rerum, quæ certis interrogationibus demonstratæ, in hac instructione continentur, se minus eruditos esse ostenderint; eos Episcopus admoneant, vt diligenter in posterum in doctrinis incumbant, atque harum ipsarum rerum inprimis peritiam, & scientiam percipere studeant; ita, vt cum visitationis munus, aliaue eorum studiis & progressus in litteris recognitio adhibebitur rectè, peritiq; omni eo doctrinæ genere instructi comperiantur.

Ac primò quidem eum, de quo examen faciendum est, legere examinatores iubeant, quoad experiundo uideant, an ille rectè, explicateq; legat.

Post, si ordinis, aut beneficij, aut recognoscendæ clerici cuiusquam in litterarum studio progressionis causa experimentum fit, grammaticorum more, verborum constructionem proponant; quo in genere, si quid is errat, labiturue, ita vt ne pro grammaticæ quidem ratione, illorum vsum, peritiamue teneat, ne propterea eum interturbent interpellentue, aut impediant, quominus ad propositum grammaticæ instructionis modum redire possit.

Tum verborum, quæ legerit, construxeritue, sensum ab eo quærant: quem vt rectè eliciat, atque exprimat, quod ei legendum proponunt, eiusmodi sit, quo tota sententia, sensusq; perfectius concludatur, nihilq; in se habeat, quod sub historiæ intelligentiam cadat, aut ex antecedenti, consequentiue alio capite explicatio existat: deinde ad alia grauiora eius doctrinæ, disciplinæue experimenta examinatores progrediantur.

Qui primam tonsuram, aut minores, maioresue ordines

dines suscepturi, ad experimentũ, examenue accedent, ab vnoquoque eorum vniuerse, ac sigillatim quæratur præterea, an impedimentis, quæ Concilij prouincialis quarti decreto de initiandis, commemorata sunt, irretiti teneantur, vt potè an scilicet sint.

Minores natu:
Rudes, & ignari.
Criminosi.
Solemniter poenitentes.
Neophyti.
Ebrietati, & gulæ dediti.
Impudici.
Lapsi post ordinem susceptum;
Periuri.
Vsurari manifesti.
Infames.
Ratiocinijs obligati.
Serui.
Corpore vitiati.
Insigniter deformet.
Illegitimè nati.
Peregrini, & ignoti.
Bigami.
Irregulares quouis alio modo.

Quo in genere cautio sit, vt præter alia, speciatim perquiratur ab eo.

An stipendium belli fecerit, unde cædes hominum extiterit.

An iudicis criminalis in foro laicali officium gesserit.

An sententiam capitis tulerit.

An criminis, cuius nomine capitis quis damnatus sit; acta,

acta, sententiam, testificationesq; dictarit, aut conscripserit.

An in eo procuratoris, aduocatiq; fiscalis munus administrarit, aliaq; exercuerit, vnde irregularitatis maculam contraxerit.

An suspensi.

An interdicti.

An excommunicati.

An amentes.

An morbo caduco laborantes.

An energumeni.

An verò non examinati, & probati.

Exploretur item, an furtim, per saltumue ordinem susceperit.

Inuestigetur prætereà, cum quis ordinem aliquem suscepturus, ad examen venit, quandiu est, quo alium ordinem suscepit, vt nemini ad altiorem gradum pateat ascensus, nisi in singulis alijs inferioris ordinis gradibus congruo temporis spatio perstiterit ad præscriptũ Tridentinæ sanctionis.

An vim, & naturam, mysteriaq; ordinis, quem suscepturus est, norit.

An item ritus, & cærimonias, quæ ex libro pontificali adhibentur, cum initiantur.

An eorum item significationes sanctiores.

An sacrarum vestium, quibus induuntur, mysteria item, & significata.

An functionum notitiam habeat ordinis, quo quisque initiandus est.

An earum vsum, exercitationemq; rectè teneat, cum in litteris, tum etiam in cantu: in quo experimento

adhibeantur

dhibeantur cantus periti.

Hæc generatim ab omnibus, & singulis exploren-
ur, Nunc præterea sequuntur, quæ sigillatim cuiuſ-
ue ordinis propria, ſuo loco præſcripta, perquiren-
a ſunt; ita tamen, ut examinatores pro prudentiæ ſuæ
atione, quæ in ordinis inferioris examine exploratio-
ene requirantur, aliquando etiam perquirant ab ijs,
ui ſuperiori ordine initiantur.

De ijs, qui prima tonſura initiandi ſunt quæratur, &
nueſtigetur.

Primum, quam ob cauſam ſe clericos fieri velint.

An ſecularis iudicij vitandi cauſa initiari curent,

An contentioſis litibus implicati.

An rixam, ſimultatemq; exerceant.

Quod item artificium teneant; quauè in arte, quoue in vitæ genere hactenus verſati ſint.

An tales ſint, qui ſpem præbeant, eccleſiæ miniſtros vtiles ſe fore.

A quo ſacerdote, ſanctioris vitæ magiſtro, inſtituti ſint ad clericalis vitæ morem.

An legere, & pronunciare, & ſcribere norint, tum in vtroque genere de ijs periculum fiat.

An doctrinæ chriſtianæ præcepta, inſtitutaq; ſciant.

An Epactæ intelligentiam habeant.

Præterea an Sacramentum confirmationis ſuſceperint.

De ijs vero, qui in minoribus ordinibus aſcribi volunt, quæratur, experiundoq; cognoſcatur.

An ſaltem primordia grammaticæ, & linguam latinam intelligant.

An ſcientiæ ſpes tales eos oſtendat, qui digni ſint, vt

ad maiores

ad maiores ordines aliquando ascendant.

Qui verò sacris ordinibus, vt potè subdiaconatu, diaconatu, sacerdotio initiandi sunt, cum ornati, excultiq; ijs virtutibus esse debeant, quæ in clericis inferiorum ordinum requiruntur, sicut ad altiorem ordinis gradum ascendunt; ita virtutum, & probitatis, & doctrinæ quodam quasi ascensu præstare debent.

Quamobrem hoc in primis examinatores videant, an qui ordinis sacramento initiantur, per singulos illius gradus, & in vitæ spiritualis disciplina maiorem progressionem fecerint.

An breuiarium, anq; sacra Biblia, an item sanctorum patrum volumina, Concilium Tridentinum, & prouincialia quoque, Synodos Episcopi dioecesani, catechismum Romanum, rationale diuinorum officiorum, & libros aliquos, de vitæ spiritualis rationibus conscriptos, sui muneris vsui accomodatos habeant.

A subdiaconis potissimum de ordinum minorum quæratur, & maiorum differentia.

An in minoribus ordinibus probatus sit.

De voto item continentiæ, quod subdiaconatus ordini coniunctum est.

De Sacramentorum etiam doctrina, saltem generatim.

Tum eorumdem periculum, experimentumue fiat de officij diuini recitandi ratione.

Diaconorum examen experimentumue fiat, præcipue aliquanto diligentius de sacramentorum doctrina.

Experimentum item aliquod fiat in concionibus habendis, ex ratione, concionatorum examini infrà præscripta.

Ab ijs, qui sacerdotio initiari volunt; hæc sigillatim

studio perquirantur.

m piè, & fideliter in ministerijs antè actis se gesse-
t.

n spectata pietate, atq; castis moribus.

n præclarum bonorum operum exemplum, & vitæ
cumenta ab eo expectari possint.

Hæc præterea quærantur.

uid sit Missæ sacrificium.

ui illius sacrificij effectus:

uæ eiusdem partes.

uæ mysteria in eo insint.

uæ sacrarum vestium significationes.

uæ in eo officio offerendo requirantur.

bi, & quando illud fieri non licet.

uæ dubia aliquando incidere poßunt.

uæ explicatione opus habeant, vt illud rectè fiat.

Tum experimentum eorum ex præscriptis infra regulis fiat.

An sacræ confessionis aliquam peritiam habeant.

An ad alia item Sacramenta rectè, riteq; ministrandum idonei sint.

An eorum cognitionem explicatiorem habeant, ex interrogationum præscripto, vt infra de parocho.

An doctrinam item teneant, qua verbum Dei rectè tractare, concionemue habere possint.

Atq; de re sacra, de christianarum virtutum officijs, atque de omni re, ad salutem necessaria, aptè populum instruere, ac docere possint.

Cum verò à cæteris omnibus vt præscriptum paulò ante est, qui clericali militiæ adscribuntur, de vitæ spiritualis, sanctioriisq; institutis, a que exercitationibus

perquiratur

perquiratur, tum maximè ab ijs, qui vel sacerdotio initiantur, vel parochialem curam suscipiunt, vel sacræ confessionis audiendæ munus sumunt, vel in tractatione verbi Dei, sacrisq; concionibus versari volũt. A quibus omnibus, & singulis, cum ad examen veniunt, præter cætera, quæ ad sanctæ spiritualis vitæ vsũ pertinent, ea maximè explorentur, quæ de orandi modo, deq; omni sanctarum meditationum, celestiumue cõtemplationum exercitatione ab alijs, qui in eo genere religiose se se exercuerunt, tradita sunt.

De ijs verò sacerdotibus, qui ecclesiarum parochialiũ curationem suscepturi sunt, quæratur præterea, experiundoq; cognoscatur in primis.

An apti ad sensus percipiendos, non solùm qui ad grãmaticæ intelligentiam sumũtur, verùm etiam interiores illos, sanctioresq; tan: ad Christi, ecclesiæq; mysteria, & ad spiritualis vitæ modum pertinentes.

An sermones contexere, habereue sciant.

An si quos habuerint, vnde sumpserint, aut quam illis cõtexendis, conscribendisue rationem adhibuerint; & verò si quos apud se conscriptos tunc habeant, eos ostendant, atque tradant.

An in eo genere aliquid ex tempore possint; tunc extemporaneo, breuiq; sermone periculum fiat, quantum concionando valeant. Atque si tractationis quidem verbi Dei vsu peritiorem, parochum ecclesiæ parochialis, quæ committenda est, ratio deposcit; examen aliqua ex parte, quæ potior examinatorum iudicio videbitur, ineatur ad interrogationum normam, concionatorum examini infrà constitutam.

Quæratur præterea, an alias vnquam animarum

curam

uram geßerint; quod si affirment; tum interrogentur
tiam, & vbi geßerint; & cur inde discesserint.

An intelligant, quanti illud sit, animarum curam suscipere, rursusq; gerere, quæq; partes, ac virtutes illæ sint, quibus bonum, vigilantem animarum curatorem præditum eße oporteat.

An item norint impedimenta omnia, quorum causa interdictum est, ne quis sacramenta ministret, & nequis suscipiat.

An Sacramentorum, præsertim verò quorum ille minister est, vim, & naturam intelligant: atque hæc sigillatim in primis interrogentur.

Quæ vniuscuiusque sacramentorum materia, quæ forma item.

Quæ eorum efficiens causa, & principalis.

Quæ causa efficiens instrumentalis.

Quæ causa finalis.

Quæ eorum differentia.

Qui effectus, quiue fructus.

Qui eorum ritus, quæue cærimoniæ:

An maximè omnium peritiam teneant audiẽdæ sacræ confessionis.

Quos huius generis libros, atque adeò summas habeant:

Tum periculum fiat, quàm valde casuum conscientiæ vsu periti sint, quamq; tum in illis, tum in alijs id generis peritè versati, præsertimq; in ecclesiasticis constitutionibus, quæ ad rectum vitæ vsum, popoliq; christiani mores, & virtutes pertinent.

An nouerint casus, Sanctissimo Papæ, & Episcopo item à iure, & ab homine reseruatos.

Atque adeò diligentius, prout opus erit, de singulis interrogentur, quæ infra præscribentur rationi examinandi confessarios sacerdotes.

Videant prætereà examinatores, an aliquam sacrorum canonum notitiam habeant, & præcipuè quod ad Tridentinum, & prouincialia concilia, synodosq; diœcesanas attinet, an illi hæc norint, quæ sequuntur.

An scilicet doctrinam de precibus christianæ religionis articulis; quos œcumenica illa Synodus Tridentina contrà hereticos definiuit.

An item, quæ de residentia prescripsit.

An quæ etiam de parochis, parochialibusq; ecclesiis, & de diuinorum officiorum cultu, cæterisq; eiusdem generis statuit.

An quæ præterea de clericorum honestate sanciuit.

An cætera denique, quæ vel ad cleri, vel ad populi disciplinam, vel ad aliarum rerum reformationem constituit, quæ parochi scire, beneq; nosse intersit.

Ex prouincialibus conciliis sigillatim quærant.

Quæ de clericalis vitæ honestate, & de parochorum officiis constituta sunt.

Quæ item de Sacramentorum recta administratione, quæ de missæ sacrificio, quæ prætereà de diuinis officiis.

Quæ etiam de Sacramentalibus, & quæ de festorum dierum veneratione, quæ de ecclesiarum cultu, quæ de scholis doctrinæ christianæ, quæ de populi christiana institutione, morumq; disciplina, deq; aliis ad parochialis vitæ munus potissimum pertinentibus, sancita sunt.

Ex synodis diœcesanis, eam ipsam, certis capitibus distin-

distinctam, examinandi rationem ineant, prout genus decretorum est, quæ in illis Episcopus confecit.

Qui causa beneficij, cuiusuis generis, quod tamen curatum non sit, ad examen accedit, de eo hæc inuestigentur.

An canonicarum horarum officium ex breuiarij instituto, rubricisq; rectè recitare sciat.

An doctrina, disciplinaq; omni instructus, quam ordo deposcit, quo initiari debet, pro beneficij, officij, dignitatisue ratione, cuius causa examen instituitur.

An peritiam item teneant functionum, quas illius beneficij, dignitatis, munerisue ratio postulat.

An teneat, quæ scitu necessaria sunt ad functiones illas vel ordinis, vel beneficij rectè, ritèq; præstandas, etiam quæ ad rectè canendi modum, rationemue pertineant.

Atque hæc quidem sunt, quæ ad examinis instructionem pertinent, eorum, qui aut ordinis Sacramento initiandi sunt, aut ecclesiis parochialibus præficiendi, quibusue beneficia conferenda. Nunc verò sequitur examinis ratio confessariorum, de quibus præter cætera, quæ cum sacerdotis, & parochi officio, munereue coniuncta ipsis sunt, hæc etiam sigillatim, atque exploratiori ratione perquirantur.

De Sacramenti pœnitentiæ necessitate.

Quare institutum sit hoc Sacramentum, & à quo institutum.

Quæ huius Sacramenti materia.

Quæ forma.

Qui illius effectus.

Qui Minister.

Quæ conditiones in eo requirantur.

Quæ regulæ ad dignoſcendum, & diſtinguendum peccatum mortale, à veniali.

Quæ pœnitentiæ partes.

Quæ earum partium ratio.

Quid contritio.

Quæ ad veram contritionem ſint neceſſaria.

Qui contritionis fructus, & vtilitas.

Qua quiſquam ratione ſe ad contritionem exercere poſſit.

Quæ ſigna ſint veræ contritionis.

Perquiratur item, quæ confeſſionis, quæ ſecunda pars pœnitentiæ eſt, natura ſit, atque ſubſtantia.

An diligenter inquirere ſciat, & peccatoris circumſtãtias, & peccati item.

Quæ mutent ſpeciem peccati, & quæ in confeſſione explicanda ſint.

Quæ reſtitutionem expoſtulent, quæ radices, cauſæue reſtitutionis.

An dubios, ſuſpectoſue contractus norint, aut ſaltem de ijs dubitationes, & quæſtiones inſtituere, inireue ſciant.

Quibus criminibus annexæ ſint cenſuræ.

An item illarum peritiam, & vim teneant.

An caſus, in quibus irregularitatis macula contrahitur.

An ſaltem in ijs omnibus, & alijs, quæ ad verum, perfectumue huius ſacramenti pœnitentiæ miniſtrum pertinent, ſciant dubitare, & nouerint conſulere peritos, quomodò agendum ſit id, de quo in dubitationem adducunt.

Qui item ritus, & sacræ cerimoniæ confessionis.
Quæ conditiones ad confessionem verè pœnitentis necessariæ.
Qui ordo confitendi, quando quis statim confiteri debeat; quando item confessionem iterare.

De satisfactione, quæ tertia pars pœnitentiæ est, quæratur.

Quæ satisfactionis partes.
Quis satisfactionis finis.
Qui fructus, quæue vtilitates satisfactionis.
Quæ in satisfactione requirantur.
Qualis, & quanta pœnitentia pœnitenti imponi debeat.
An salutares, & conuenientes satisfactiones pro grauitate criminum, & pœnitentium facultate iniungere sciant.
An item ex Innocentij Tertij præscripto, more periti medici sciant infundere vinum, & oleum vulneribus sauciati, ac quale debeant prebere remedium, aut consilium.
An prætereà canones pœnitentiales rectè teneant.
Quæ differentia sit satisfactionum, pœnitentiarũ &c.

De absolutione indagetur.

Quæ verborum formula requiratur.
Quæ preces, orationesue prætereà adhibeantur.
Quis ordo seruandus in absoluendo, tam à peccatis, quàm ab excommunicatione, suspensioneue.

De sigillo item confessionis plura quærantur, ac præsertim quæ uis, & quanta sigilli.
Quæ sub illud cadunt.

Ex sanctionibus ecclesiasticis, Tridentino Concilio,

synodis, tum prouincialibus, tum etiam diœcesanis indagetur, quæ in illis constituta ad pœnitentiæ Sacramentum pertinent, quæq; de cleri, & populi disciplina, & moribus constituta sunt, vt paulò ante in parochorum examine demonstratum est. Sed hactenus de ratione interrogationum, quæ examinandis confeßarijs sacerdotibus adhibentur.

Iam est locus examinis concionatorum, & sacræ scripturæ interpretum, à quibus hæc quærantur.

Primò de doctrinæ articulis, dogmatibusue, Concilio Tridentino explicatis, vt potè de canone scripturæ, de peccato originali, de iustificatione, de sacramentis, & generatim de sacrificio Mißæ, de purgatorio, de inuocatione, & veneratione sanctorum, de sacris reliquijs, de imaginibus sanctorum, de indulgentijs, potestate, & auctoritate Papæ, de ieiunijs, de diebus festis, & reliquis multis.

An præterea habeat reliquos theologiæ notos, & tractatos locos.

Quem in scholasticis præsertim auctorem familiarem habeat.

An sæpius sacrorum bibliorum volumina cum glossa, alioue commentario studiosè euoluerit; anq; in ijs ipsis ita diligenter versatus, vt inde locos facilè, apteq; promere poßit ad omne sacræ tractationis genus.

An sanctarum interpretationum vsu literate peritus.

An ex antecedentibus, & consequentibus verum scripturæ sensum elicere nôrit: anq; item ex euangelistis, in eodem narrationis genere versantibus.

An rursus temerè, pro suoq; libito sacram scripturam à vero sensu detorqueat.

An tro-

In tropologicos, moraleſque ſenſus, cum litterali ſenſu
n cohærentes, commentetur.
In explicandis parabolis rectum, precipuumq; re-
m ſenſum ſpectet, prætermiſſis explicationibus, quæ
hil ad propoſitum faciunt.
In traditionum Apoſtolicarum, eccleſiaſticarumq;
titiam teneat.
n in ſanctorum patrum ſcriptis, atque ſermonibus
ritè verſatus ſit.
uem item è patribus maximè in concionando ſequa-
, atque imitetur.
n ſacrorum temporum myſteria norit, anne ſacro-
m rituum ſignificationes habeat.
n rerum, in eccleſia ſancta geſtarum, & conciliorũ
æſertim vniuerſalium cognitionem teneat.
n ſanctorum vitas, hiſtoriamq; veram norit.
n congruam canonum ſcientiam teneat.
n ſummorum pontificum iura, atque inſtituta ſciat.
n Conciliorum, prouincialium præſertim, & diœ-
ſanorum decreta in promptu habeat, vt in parocho-
n examine præſcriptum eſt.
n caſuum conſcientiæ doctrina inſtructus ſit.
n Theologiæ illius myſticæ, quæ tota in ſpiritualibus
e conſtitutis tradendis, quæq; in purgandis affecti
, in reformationeq; interiori verſatur, præcepta at
exercitationes benè norit.
denique ſanctarum meditationum, orationiſq; men
s vſum habeat.
morum doctrinæ, chriſtianæq; diſciplinæ locos, nõ
m ordine collectos, ſed rectè notos habeat.
os locos teneat, quibus auditorum animi excitan-

 tur,

tur, vel ad Dei amorem, vel ad cæleſtis patriæ deſiderium, vel ad virtutum ſtudium, vel ad deteſtationem ſcelerum, vel ad miſericordiam, vel ad certas præterea affectiones, quæ, ad cælum excitatæ, chriſtianas virtutes pariunt.

An apti denique ſint, atque idonei ad concionèm concipiendam, & explicandam, non ſolùm theologiæ locorum tractatione, ſed ſimilitudinibus, quæ ab agricultura, vinea, ſemente, alijſq; rebus ducuntur, quæ ſub ſenſum cadunt, atque intelligētiam, præſertim eorum, etiam rudium, ad quos concio habetur.

An ad concionis ingreſſum, recta ratione vtatur, & ab ijs vitijs refugiat, quæ plerique eo in genere admittunt.

An totam concionem rectè, ordineq; diſponat.

An dilucidè, diſtincteq; enarret.

An benè pronunciet.

An illius verba pondus habeant, anq; vim item, vt non ſolum audientium aures attingant, ſed animos intimè penetrent.

An in tota concione, pro cuiuſque rei, de qua agit, ratione, rectè, aptè, decore, & congruenter agat.

Quo in genere omni, & perquirendo, atque explorando, tum in alijs diligentius indagandis, examinatores, prout occaſio tulerit, quàm diligentiſſimè inſtructiones adhibebunt, quæ de concionatoribus ad prouinciæ vniuerſæ vſum ex Concilij prouincialis auctoritate, iuſſu noſtro editæ ſunt.

Cum non certæ curæ, alteriuſue beneficij, vel officij, munerisue, ſed doctrinæ tantùm, aut in litterarum ſtudijs progreſſionis recognoſcendæ cauſa examen alicuius

tuitur, diligenti etiam illa, præcipuaq; disquisitio-, & interrogationibus, suprà variè descriptis, pro uſcuiuſque conditione indagetur illius doctrina, & ministerijs ecclesiasticis peritia, atque vsus.

orum vero classes quattuor saltem, vel etiam plures nstitui poterunt, quibus pro peritiæ ratione, experi ento illorum facto, adscribantur.

Primæ classi adscribantur, qui & perfecte concionan- i peritia, & conscientiæ casuum explicationibus se ta- es ostendant, qui alijs multis prodesse, atque præeße possint, proindeq; idonei sint, non modò ad parochi, sed etiam ad Præpositi, Vicarij foranei, vel Visitatoris munus, vel ad pœnitentiariæ etiam, aut doctoralis, aut Theologalis præbendæ obeundæ officium, dignitatemue, etiam in ecclesiâ cathedrali assequendam, atque ad alia id generis.

Secundæ classi erunt ascribendi, qui si minus, vt illi cō cionari perfectè, at mediocriter, tum etiam de sugesto possint; quiq; in casuum conscientiæ summis studiose versati sint; & verò catechismi etiam Romani doctrinam diligenter teneant.

Tertiæ erunt classis, qui intelligentiæ tantum aſsequuntur, vt si minus accurata, doctaq; concione, at sermonem de altari saltem habere, ac Euangelium, prout vsu venerit, enarrare, & explicare poßunt, & administrationis Sacramentorum, & casuum conscientiæ usu ita periti sint, vt, qui frequentius incidere solent, eos aliquo studio adhibito enodare, atque explicare aptè queant.

Quartæ classis, qui si non magno litterarum studio, aliquo tamen vsu apti sunt ad aliquam Euangelij bre-

uem

nem explicationem, notitiam quandam habent rerum ad docendum populum, quæ saluti necessariæ sunt; & ad Sacramentorum administrationem, casuumq. conscientiæ explicationem pertinent: ita vt ijs ob sacerdotum paucitatem, necessariamq; causam, aliquando curatio aliqua spiritualis pro loci ratione præsertim ad tempus committi possit.

In inferiori classe reliqui ascribantur, quorum nulla ratio omnino haberi debeat in curatione animarum cōmittenda, sacramentiq; ministrandi facultate, neque in sermonibus ad populum habendis.

In omni hac examinādi ratione Cancellarius pro sui officij munere hæc præstet.

Certum librum habeat prouisionum ecclesiarum parochialium, aliorumq; beneficiorum, quæ examine adhibito, etiam ex litteris Apostolicis, conferenda sunt. Quo in libro rectè, atque ordine ab eo notentur hæc.

Acta examinis, quæ in singulos dies, prout examinandi occasio tulerit, fiunt.

Dies vacationis certi beneficij, & modus item vacationis, aliaq; id generis.

Dies etiam promulgationis, aut prorogationis edicti, quod de concursu proponi solet; cum beneficij vacationis ratio id postulet, & reliqua etiam, quæ ad promulgationem pertinent.

Nomina quoque examinatorum, quos Episcopus certi illius benefitij vacantis nomine ad examen conficiendum nominatim delegerit.

Nomina etiam eorum, qui eo nomine examinandi proponuntur.

Dies præterea, quo quisque examen subijt.

nina etiam examinatorum, qui interfuerint.
probatio, aut reiectio, quam eorum iudicio singu-
lerint.
men item, & cognomen eius, quem Episcopus tam
m aptiorem, magisq; idoneum delegerit, cui bene
um ab eo conferatur, ad quem spectat.
i libro alia præterea ascribat, quæ Episcopus cen-
erit.

Librum alterum conficiat, in quo omnes, & singulos,
os vel concionandi, vel confessionis audiendæ, vel
cræ lectionis interpetrandæ causa Episcopus adhibi-
examine vel probat, vel improbat.
n hoc ipso libro notet etiam, & nomina examinato-
rum, & diem, quo examen confecerint, & causas item
repulsæ, si quam aliquis tulerit.

Id ipsum de certo die, examine, probatione, aut reie-
ctione eorum seruet, quorum experimentum sacræ ordi-
nationis causa fit.

Tertium librum habeat, in quem examina referat,
quæ generatim instituuntur, atque adeò conficiuntur ad
cleri progressionē in litterarū studijs inuestigandā, atq;
explorandam. Sup. ex Conc. Med.

In ordinibus conferendis Episcopus, ac eius familia-
res ab omni munere, accipiendo prorsus abstineant.

Ordinandus ab alieno Episcopo non aliter admitta-
tur, nisi in dimißorijs, ac testimonialibus litteris com-
probata afferat.

Vitæ in primis, & morum probitatem.

Doctrinam, in qua idoneus, examine habito, iudi-
catus sit.

Natales, aut dispensationem in illis obtentam.

Ordinem

Ordinem ecclesiaſticum, quo eſt proximè initiatus, verſatuſq;.

Is vero, qui ſacris erit initiandus ætatem, item & titulum patrimonij, quod ille habet, aut ſufficientem beneficij cenſum, vel penſionis, vel ſi regularis ſit emiſſæ profeſſionis ſcriptum teſtimonium.

Neq; in poſterum ſacris, quis adſcribatur ordinibus ſub ſeminarij, beneficijuè titulo, vel penſionis præbendæ, aut alterius cenſus, quem ei pro victu ſatis eſſe, ex Epiſcopi iudicio non conſtiterit.

Ordinandi certæ eccleſiæ ſeruitio adſcribantur; nec alij ordines conferantur, niſi ipſi Epiſcopo fidem illi attulerint, ſe in prædicta eccleſia functiones debitas exercuiſſe.

Si vero Clericus ante legitimam ætatem, vel extra ſtatuta tempora abſq; diſpenſatione canonica ad ſacros ordines ſe promoueri fecerit, aut ſine ſui ordinarij, dimiſſorijs, à ſuſceptorum ordinum executione, ipſo iure, ſuſpenſum eße ſciat, iuxta Pij ſecundi, & ſucceſſorum ſummorum Pontificum ſanctiones; quod ſi ſuſpenſione durante, in ſuſcepto ſic ordine miniſtrare tentauerit, fit irregularis, ac beneficijs priuandus.

Omnia, & ſingula, quæ circa huiuſmodi ordines ſuſcipiendos minores, maioresuè, ac etiam primam tonſuram, à ſacra Tridentina Sinodo decreta ſunt, inuiolate ſeruentur.

Quarta feria ſtatutæ ordinationi proximè precedente, denuo ſingulorum promouendorum habilitas diligentius examinanda, ipſorum (regularibus exceptis) nomen cognomen, parentes, patria, eccleſiaq; parochialis, intra cuius fines, quiſq; ortus fuerit, vel habitauerit,

bitauerit, rectè iußu Episcopi annotanda erit,

Qui maiores, vel sacros suscepturi sunt ordines, prius à parocho eorum nomina publicè die festo inter missarum solemnia in propria ordinandorum parochiali ecclesia proponantur, saltem per mensem ante statutam ordinationis diem; & Episcopus alienum non ordinet, nisi in dimißorijs litteris appareat, de legitimè huiusmodi facta publicatione.

Qui prima initiãdus est tõsura, præter illa quæ supra annotata sunt, hæc etiam in litteris afferre debeat, videlicet, sacro confirmatum chrismate, frequentasse ecclesias, sacrasq; confessiones, & communiones (si per ætatem sint ad cammunionem idonei) christianæ doctrinæ, ac legendi, & scribendi peritiam, Deo inseruiendi, non animo fraudandi forum seculare, clericalem ordinem desiderare.

Qui minoribus risigniri postulat, docebit præterea, primam suscepiße tonsuram, in suscepis ordinibus ecclesiæ, cui adscriptus est obsequium per menses sex præstitisse.

Subdiaconatus ordinem suscepturus hæc vltra prædicta demonstrabit, videlicet, quod denuntiationes, vt supra sancitum est, publicè factæ sint, & quòd ætatem iuxta sacrum Concilium legitimam habeat, ac titulum de iure requisitum vt supra. Præterea diligentius nouæ vitæ quam agreditur rationem, quantiq; sit momenti perpendat, quo possit, dum res est integra, secum deliberare, an castitatem, quæ perpetua illi ordini est annexa, seruare ex animo intendat, atq; proponat; & quid (Deo auxiliante) se præstare posse, speret, non alienæ agnatorumq; voluntatis, terrena-

rumq;

rumq; vtilitatum contemplatione, spiritualia munera affectet; sed tantùm Dei honorem, sibi propositum habeat.

Ideoq;, priusquã eo initietur ordine, anteactæ vitæ peccata diligenti conscientiæ discussione integrè, & generaliter confiteatur, peculiariq; quadam deuotione ieiuniis, & eleemosynis faciendis, orationibus, ac spiritualibus meditationibus incumbat.

Diaconus, aut sacerdos prouinciæ huius surrentinæ ordinandus, præter supradicta, Episcopum fidem faciat, suos antea susceptos se exercuisse ordines; præcipuè proximè præcedentem, & quòd frequens diuinis officijs ecclesiæ maioris, aut parochialis interfuerit, sciat epistolam canere, & euangelium; & ad salutem necessaria (iuxta Romani Catechismi institutionem) populo actus sit explicare.

Missale habeat, & vestes sacerdotales proprias, excepto forensi, qui cum dimissorijs ordinarij sui litteris ordinandus presentatur.

Ordinandi omnes, maximè in sacris constituti, libros habeant saltem necessarios; vtrumq; testamentum, Cathechismum Romanum; Concilium Tridentinum, & has nostras constitutiones, præter spirituales alias, præsertim. fratris Ludouici Granatensis, quos decet vnumquemq; fidelem præ manibus habere, & frequenter percurrere.

Ordinandi ad sacros ordines examinentur præsente Episcopo, vel eius Vicario, ac pluribus examinatoribus.

Dimissoriæ litteræ ad ordines, post sex menses oriundis ex Italia non suffragentur; nec exteris post an-

n, *nisi aliqua iusta causa, arbitrio ordinarij, aliud deat.*

Nemo deinceps ad quemuis ordinem, vel primam suram suscipiendam admittatur, nisi experimento eat, in primis se memoria tenere contenta in vulri consueto doctrinæ christianæ libello; nec ad saos ordines, nisi de contentis in Catechismo Romao certam rationem reddere, & super singulis capibus generalioribus eiusdem nouerit respondere.

De Sacramento Matrimonij.

PRIMVM *omnium curent Episcopi, ac parochi, ut ea omnia circa Matrimonij celebrationẽ seruentur, quæ à sacra Tridentina Synodo sancita fuere.*

Parochi vero decreta ipsa de matrimonio interdum vulgari lingua populo explicent; illud præsertim Matrimonium non aliter valere, nisi in facie ecclesie ritè contrahetur.

Ac librum conficiant, in quo dies contracti Matrimonij, cõtrahentiumq; , ac testium nomina describãtur.

Denunciationes, quæ matrimonium præcedere debent, diebus festis inter missarum solemnia frequentiori populo fiant, competenti dierum interuallo; sic, vt etiam ab vltima denuntiatione ad matrimonij vsq; celebrationem, dies aliquot intercedant.

Monebit parochus contrahere volentes, nè gratia tanti Sacramenti se indignos reddant, peccati obicem interponendo.

Ideoq;

Ideoq; tempore, quo denuntiationes facit publicè illos hortetur, & inducat, vt peccata confessi sanctissimam eucharistiam ante matrimonij consummationẽ sumant, & parochi benedictionem.

Post consummationẽ benedictio non celebretur, nisi de licentia Episcopi.

Caueant præterea ipsi parochi, nè mulieris secundas benedicant nuptias, & si commode fieri poterit, eodem die, quo matrimonium contrahitur benedictio fiat.

Nec facile admictantur ad contrahendum, prima fidei Christianæ rudimenta, præsertim orationem Dominicam, salutationem angelicam, & symbolum fidei ignorantes, sed præmoneantur sedulo vt illa curent omnino addiscere, quæ cura ad ipsos parochos præcipue pertinebit.

Parochus sponsum sponsamq; diuersis in parochijs habitantes matrimonio non coniungat, priusquam alterius, etiam parochiæ præfecti testimonium in scriptis habeat, denuntiationes in ea factas fuisse, nullumq; legitimum extare, siue apparere impedimentum.

Illud verò testimonium ordinarij subscriptione, sigilloq; munitum sit.

Sic etiam exteri non admittantur ad matrimonium contrahendum, nisi solutos esse, ordinarij ipsorum fide constiterit, & quòd à catholica cõmunione alieni non sint, nec tamen absq; expreßa Ordinarij licentia.

De ieiunio.

SACRVM ex præcepto Domini, ac santæ Matris Ecclesiæ institutum ieiunium, præsertim quadragesimæ,

dragesimæ, quattuor anni temporum, nec non aliarum vigiliarum, inuiolabiliter obseruetur; ita, vt nemo eo tempore, nisi valetudinis causa de medici consilio, ac ordinarij licentia illud infringere audeat.

Nemo ieiunij diebus publicè, vel occultè carnes, vel alia, quæ ex carne proueniunt vendere præsumat, nisi de licentia, vt supra.

Et vt verè ieiunium, iuxta diuinam, ecclesiasticamq; institutionem, vbiq; seruetur, omnes intelligant, illis diebus teneri, ante omnia à vitijs, & à peccatis ieiunare, ac virtutibus, pijsq; operibus diligentius incumbere, fiatq; refectio pauperibus abstinentia ieiunantis.

Clerici, ecclesiasticiq; omnes in aduentu Domini saltem à carnibus, & his, quæ à carne procedunt, abstinere in hebdomada bis, vel omnino, sexta feria ieiunare dignos ordinis sui, & pœnitentiæ fructus facere; diebus autem rogationum, à cunctis fidelibus ieiunium seruandum, maximè suademus.

De eleemosynarum distributionibus.

CVM ex dispositione sacri Tridentini Concilij Episcopi piarum voluntatum executores constituantur, ad tollendas, committi solitas, fraudes in relictarum eleemosynarum dispensatione, volumus, atq; mandamus, quòd distributio panis

 in ecclesiis,

in eccleſiis, & capellis ſurrentinæ prouintiæ, aliquando facienda, non ante incipiat quàm, poſt Miſſarum ſolemnia, conſuetumq; christianæ doctrinæ exercitium, ita, vt vnum alteri non ſit impedimento, & non niſi præſente deputando, & ab eo prius quantitate panis diſtribuenda diligenter recognita.

Finito itaq; christianæ doctrinæ exercitio, pauperes omnes, ſub propriæ parochiæ conſueto paruæ crucis vexillo proceſſionaliter accedant, quibus, (non autem diuitibus) panis ordinatè, & æquali portione erogetur.

Si quid ſupererit, de licentia Epiſcopi perſonis miſerabilibus, vel eccleſiæ, pro illius neceſſarijs ornamentis comparandis, reſeruetur.

In reddenda ratione, nihil ipſis adminiſtratoribus acceptum feratur, quod manu deputandi ab Epiſcopo, & parochi firmatum, atq; approbatum non fuerit.

Si plures eodem die panis diſpenſationes fieri contingerit, in ſubſequentes proximos feſtos dies iudicio Epiſcopi illæ diuidantur.

Panis, in eleemoſynam diſtribuendus, prius recognoſcatur à parocho; & ab eodem in ſacriſtia, vel alio tuto loco, vſq; ad horam diſpenſationis faciendæ, fideliter cuſtodiatur.

Vel pretium panis expendatur in aliud opus pium, cum non poſſit ſatis occurri fraudibus, & ſcandalis, quæ in diſtributione fieri atque imminere compertum eſt, præſertim, vbi quantitas excedit ſcutos ſex, vel decem, citra tamen præiudicium miſerabilium perſonarum, & ſeminarij Epiſcopi arbitrio, & de patronorum aſſenſu.

De

De funeribus, & exequijs defunctorum.

AVDITA morte comprouincialis Episcopi, in omnibus cathedralibus prouinciæ ecclesiis, prima die, non impedita, officium fiat solemne, cum missa pro mortuo Episcopo: ad quod clerus vniuersus vacantis ecclesiæ, & illius diœcesis conuocetur; & si cōmodè fieri possit assistat etiam vnus saltem ex Episcopis comprouincialibus: &, vt pariter in alijs ecclesiis, & regularium monasterijs illius ciuitatis, ac diœcesis solemne officium pro defuncto Episcopo cum missa, canatur, procuret.

Sequenti verò, vel alio commodiori proximo die, mißa de Spiritu Sancto in omnibus prouintiæ ecclesiis, & à sacerdotibus, legitimè non impeditis celebrari, precesq; fieri, etiam in regularium tam virorum, quàm mulierum monasterijs ipsius prouintiæ quotidie, vt vacanti ecclesiæ quanto celerius de bono pastore Deus optimus maximus prouidere dignetur, comprouinciales Episcopi, & clerus ecclesiæ vacantis solicitè, curabunt.

Clerus vna cum Episcopo, postridie commemorationis omnium defunctorum, pro Episcopis eiusdem ecclesiæ defunctis; sequenti verò die, canonici, & clerus pro canonicis & clericis defunctis diuina persoluāt officia.

Defunctorum corpora nullo prætextu mercedis, aut eleemosynarum non solutarum impediantur, aut sepeliri retardentur.

liri retardentur.

Episcopus tamen alia ratione curabit, vt laudabiles consuetudines seruentur, aut, si videbitur, compellat defuncti heredes, vt dent parocho, vel sacristæ pignora, aut idoneam præstent cautionem se, quod iustum fuerit, Episcopi iudicio, quamprimum soluturos, vt absq; scandalo, & lite quod suum est vnicuiq; tribuatur.

Dubia, aut difficultates, in exequijs occurrentes, Episcopus in ciuitate, vel eius Vicarius, & Archipresbyter in dioecesi, seu Vicarius foraneus, citra præiudicium habentium meliora iura, determinent.

Cadauera autem mortuorum ante vigintiquattuor horas, ab obitu numerandas, ne sepeliantur, nec ante ortum solis, vel post occasum, neq; dum maioris missæ celebratur officium.

Ecclesiastica ornamenta pro laicorum funeribus cōmodari quocumq; prætextu prohibemus.

Pallium pro defunctis ex communi laicorum contributione fiat, vel ab ecclesia, pro quo mortuorum heredes arbitrio Episcopi eleemosynarum aliquid largiātur.

In efferendis cadaueribus è domibus proprijs, proximiores in primo & secundo gradu tam viri, quam mulieres non stent præsentes, sed semoti in alia parte eiusdem, vel vicinæ domus, ne audiantur eiulatus.

Sacerdotes, & clerici in funeribus defunctorum procedant cruce præeunte cum superpeliccis, psallentes, & orantes, vt decet piè, ac modestè eundo pariter, ac redeundo.

Qui defunctum non associauerint, sed tantùm officio,

ficio, quod in ecclesia fit, interfuerint, tertia illius portionis parte priuentur.

Non associantes autem, nec exequijs interessentes, nihil omnino lucrentur, nisi iusta cognita causa impediantur; sed portio absentium interessentibus, & interuenientibus accrescat.

Quo verò ad testamenta, fieri consueta, decedentibus ab intestato, seruetur antiqua cuiusq; loci laudabilis, & approbata consuetudo.

De beneficiorum collatione.

IN conferendis dignitatibus, & canonicatibus habeatur ratio cum litteratorum, tum etiam nobilium; nec alijs conferantur non idoneis, iuxta Concilij Tridentini præscriptum.

Presbyteri quicumq; perpetuò, vel vltra quàm à iure, vel ab Episcopo illis concessum est, absentes, seruato iuris ordine, etiam officijs beneficijsq;, iuxta sacri Concilij præscriptum, vel beneficiorum fructibus priuentur, ac integri præsentibus, ecclesiæq; inseruientibus, vel vsui sacristiæ, si quid missarum celebrationi, vel alio adiuncto oneri superetit, applicentur.

Possessiones beneficiorum, nisi post confectas bullas, vel litteras, registratasq;, vt occurratur beneficiatorum negligentiæ consuetæ, non dentur.

Pro redimenda vexatione, nisi in casibus à iure permissis, & sciente Episcopo, transigere, vel pacisci in beneficialibus, vel pecuniam dare, nemini conceditur.

Patroni, & quicũq; ius eligendi præsentandi, aut cõfe

rendi beneficia obtinentes, caueant, ne quicquam pro quauis causa eius rei gratia ab aliquo, cui beneficium tribuatur, sponte etiam datum accipiant, neq; etiam, in eo dando, aliqua fructuum pars ab illis reseruetur, quauis pietatis specie, contra sacrorum canonum statuta, ne in poenas simoniaci criminis dantes simul, & accipientes incidant.

In quam suspictionem, & labem non solum auctores, sed etiam internuntij, mediatoresq;, & notarij, qui simoniaca conficiunt instrumenta, incurrisse se, intelligant.

Qui, beneficium vacans ecclesiasticum multis ambitiosis, ac importunis precibus, per se, vel per alios petierit, ab ordinario, eo ipso se reddit indignum, cui beneficium conferri debeat; multo magis, si nondum vacans sit beneficium.

De administratione bonorum & iurium ecclesiasticorum.

CVRENT Episcopi, vt prorsus restituantur iura laudemiorum, de rebus ecclesiæ alienatis, & alienandis.

Beneficia qualiacumq; sint obtinentes, rectores etiã, siue administratores piorum locorum, intra spacium sex mensium, à die præsentium decretorum publicationes, omnium, & singulorum bonorum mobilium, & immobilium, iurium, & actionum ad eorum ecclesias,

sias, beneficia, & pia loca pertinentium; fines, conditionesq; in inuentarium sigillatim describere teneantur; atq; ex eo inuentario exemplaria duo, certa fide munita, conficiantur; quorum alterum in ecclesiarum cathedralium archiuio, quod Episcopo, & capitulo cōmune sit, alterum verò apud ipsum beneficiatum seruetur.

Archiuia singula in cathedralibus, duabus occludantur clauibus, quarum vnam Episcopus, alteram capitulum seruet, siue archiuij præfectus.

Si augmentum aliquod, vel diminutio, aut permutatio facta sit, ea singulis annis in inuentaria describant.

In visitatione exquirat Episcopus, an integrè, & fideliter sint inuentaria confecta, & an debitis oneribus plenè satisfiat.

Capitularia bona nemini de capitulo locentur.

Post mortem eius, qui beneficium aliquod obtinebat, statim compellantur heredes, vt scripturas quascumq;, ad illud beneficium pertinentes, quæ in bonis clerici illius inueniuntur, ad Episcopale archiuium, citra præiudicium iurium quorumcumq; reuerendiss. D. Nuntij Apostolici super spolijs, deferant.

Episcopus singulis annis compellat administratores piorum locorum, quouis nomine censeantur, ad reddendam rationem administrationis, nec patiatur relicta ad vnum pium vsum, in alium pro arbitrio administratorum conuerti; nec locationem fieri, nisi schedulis, publicè affixis, vt omnibus innotescat, ijs concedendas res ad pios vsus relictas, atq; locandas, qui meliorem conditionem obtulerint, vt iuris est.

Bona ecclesiastica neq; propinquis, neq; patronis, neq; cessionarijs locentur.

Heres vltimarum voluntatum exequutor, si quæ piarum causarum nomine legata sunt, ea, si tempore ab ipso testatore statuto, aut ad summum anni spatio, non præstiterit, ab Episcopo, vt piam testatoris voluntatem explere studeat pœnis, à iure statutis, cogatur.

Curabunt beneficiati omnes, cuiuscumq; sint dignitatis, gradus, & qualitatis, vt eorum, quæ ad diuinum cultum suarum ecclesiarum, & ornatum pertinent, nihil desit, & integra sarta tectaq;, vt decet, ædificia conseruentur; & quæ reparatione indigent, instaurentur; parochiasq;, & beneficiorum ipsorum iura tueri: quod si semel moniti, vel post sex menses à die publicationis præsentium constitutionum, hæc adimplere, etiam vlterius non vocati, neglexerint, fructuum sequestratione, & alijs iuris remedijs, ab ordinario compellantur, vel ipsemet ordinarius de omnibus necessarijs, arbitrio suo taxandis, mandet prouideri, & exequi per deputandum ab eo ex fructibus beneficiorum suo arbitrio.

Cum beneficiati ipsi suorum beneficiorum census exegerint, chirographum recepti censuario faciant, & in libro manu notarij, aut testium duorum subscriptione, sub hoc tenore describat. Ego N. tenore præsentium, me recepisse declaro ducatos &c. ab N. pro parte, siue ad complementum census ducatorum &c. quem singulis annis soluere tenetur de fructibus cuiusdam terræ (seu domus) sitæ & positæ in loco, vbi dicitur B. cum suis finibus &c. quem censum soluit mihi pro celebratione missarum in cappella N. in ec-

clesia

clesia N. posita, de iure patronatus illorum &c. (siue ad collotionem ordinarij &c.) in cuius fidem praesentis scripti chirographum, in meo solito libro registratum, praesentibus testibus &c. feci. datum &c.

Et huiusmodi chirographum registretur, siue geminetur in libro, per beneficiatos omnes de re hac conficiendo; & cum opus fuerit, praesentando Episcopo suo, & post illius mortem in archiuio conseruando.

Ecclesiae domûs quorumcumq; clericorum non locentur laicis, nisi de expreßa licentia Episcopi, nec etiam, si sint patrimoniales, locentur personis, vita, vel moribus suspectis.

De ludi litterarum magistris.

STATVIMVS, iuxta sacri lateranensis Concilij praescriptum, vt magistri schorarum publici siue priuati adolescentes nedum liberales artes, siue humaniores litteras, verùmetiam, ea quae ad religionem pertinent, docere teneantur, presertim diebus festis; in quibus mißam, ac diuina officia, conciones, lectionesq; sacras audire, & saepè peccata confiteri compellant.

Ludi magistri conducantur, non solum fidei catholicae, & morum probitate, verũ etiã, & doctrinae experimento, ac dignorũ fide testimonio commẽdati, qui facta prius corã Episcopo fidei professione, pueris publicè, uel priuatì libros, nõ solũ indice Pij iiij. et Apostolica auctoritate damnatos, verũ etiã illos, in quibus obscena, inania atq; iocosa continentur minime legant; sed graues, &

spirituales

spirituales etiam latinam linguam simul, & pietatem continentes, interpetrentur bonis litteris, & moribus christianaq; doctrina erudiant omni studio.

Parochus docendi munus intra suæ parochiæ limites suscipi à nemine permictat absq; ordinarij licentia, & facta fidei professione.

De vsuris.

QVONIAM quò frequentiora sunt, & grauiora crimina eò diligentius inuigilare, & eis signanter prospicere totis viribus tenetur Episcopus; De vsuris, atq; blasfemia, quorum nihil scelestius humani generis hostis in hominum cordibus, linguis, & operibus potuit infundere, ex multis, quæ probibentur, & vsuram sapiunt, vt breuitati consulamus, hæc tantùm ob oculos ponimus.

Nemini licere quicquam carius vendere, vt statim à venditore, præsentem pecuniam querente, per se, vel per aliam interpositam personam vilius ematur.

Nemo rem aliquam, ob dilatam solutionem, carius iusto prætio vendere; nec ob anticipatam solutionē, res minoris emere.

Neq; pecuniam, frumentum, vinum, oleum, aliudue mutuo detur, vt eo, quod datum est, aliquidam plius exigatur, etiam si operæ sint, vel obsequium, quod pecunia existimari possit, ex diuino mandato: mutuum dantes, nihil inde sperantes; nec aliquid corruptum, vt tantundem integrum, bonumq; reddatur, etiam si restitutio in quodcumq; tempus debitori commo-

dum

dum ad libitum differatur.

Nec etiam pecuniam super naui cymba, vel huiusmodi, aut animalibus accipere, vel dare, quæ ipse accipiens non possidet; vel qui dat accipientem ipsa habere non credit, liceat vllo modo.

In societate, in qua pecuniam alter, alter operas confert, lucri distributio non aliter cõstituantur quàm per quotas partes, nec vltra eas certa pecuniarum summa, vel aliquid aliud pecuniam conferenti persoluatur: neq; pactio fiat, vt sors, siue principale saluum sit; fructus verò communiter diuidantur.

In animalium societate, quæ alicui inextimata traduntur ad custodiam, siue, vt operas præstet, omnes casus, etiam fortuiti, semper periculo eius sint, qui illa dederit; nisi damnum alterius socij dolo, vel eius magna negligentia accidiße constiterit.

In locationibus animalium, quæ certo pretio fiunt; si illa absq; dolo, vel eius, qui conduxit negligentia; deteriora fiant, id semper damno eius sit, qui locauit, si autem extimata animalia dentur, ita vt dantis sors salua sit, nihil omnino, vltra sortem percipi posse, statuimus.

Cambia, quæ sicca appellari consueuerunt, quoniam ad destinatum locum littere verè non mittuntur; neq; ibi solutio fit, sed vno & eodem loco datur pecunia, & recipitur, reprobamus.

Notarij, verò, huiusmodi contractus conficientes, vel instrumentum, quod ad gaudendum dicitur, cum ex conscientia clarè cognoscunt, vel vehementer suspicantur, eos aliquid vsurariæ prauitatis continere, vel id scire dissimulantes, aut contractus illos, in quibus anticipata

ticipata sit solutio census, vel, qui palliatam vsuram præseferunt, vltra pœnas, à iure statutas, grauiter arbitrio ordinarij, puniantur.

Contractus, & instrumenta, quæ ad gaudendum dicuntur, nisi ex piorum, peritorumq; consilio doctorum ordinentur, nulla, & irrita, decernimus.

De blasphemia.

VT impium, & detestandum blasphemiæ scelus tam diuinis quàm humanis legibus, è medio tollatur, pœnis ab vtroq; iure, & summorum Pontificum decretis, atq; ijs, quæ à lateranensi Concilio, sub Leone x. sancitæ sunt statutis, tam clerici, quàm laici cuiuscumq; conditionis blasphemi seuerè ab Episcopo puniantur; ac de tam graui facinore, maximè contra hereticales blasphemias, diligens inquisitio fiat.

Qui blasphemantes audierit, infra triduum, eorum nomen ad iudicem ecclesiasticum, & secularem deferat; & si plures simul audierint, singuli idem faciant.

Attenta impia blaspemiæ frequentia, cui malo aliter mederi non potest, statuimus, quod vnus testis in foro ecclesiastico fide dignus, qui secretus à curia teneatur, sufficiat ad inquirendum contra blasphemum, arbitrio Ordinarij, prout casus exegerit.

Pœne tamen prædictæ omnes corporales, & pecuniariæ (quæ pijs applicentur locis) ab Episcopis, vel eorum Vicarijs augeri, minuiuè possint, prout magis ipsis expedire visum fuerit, dummodo tale arbitrium limites à iure permissæ potestatis, non excedat.

In foro

In foro conſcientiæ: & qui blasfemiæ reus fuerit,non leuem, ſed pro modo culpæ condignam pœnitentiam confeſſarius imponat.

De ſententia excommunicationis, & foro iudiciali.

POENAM excommunicationis ſolus Epiſcopus, niſi fuerit abſens, non illius Vicarius imponat, neq; comminetur.

Latæ ſententiæ excommunicationis pœna, per ſynodales quaſcumq; conſtitutiones ordinariorum in prouincia impoſita, præſenti ſublata decreto cenſeatur, exceptis caſibus, in quibus incurrendum eſſe Epiſcopus iudicabit: & niſi ex grauiſſimis cauſis, atq; delictis, in ſubſidium tantùm, quando alia pœna locum habere non poteſt,excõmunicatio nullo modo irrogetur, nec nominetur quidem.

Excõmunicationum littere pro re criminoſa,& quæ infamiæ notam inurit,non facilè concedantur, nec pro re non omnino occulta,neq; pro re illa,quæ amiſſa,aut à tam longo tempore ſublata, vt illius memoria de facili haberi non poſſit: nec contra certum debitorem quẽ pro rebus, quæ in monitorijs litteris exprimuntur,ſatiſfacere non poſſe conſtat; neq; etiam, vbi negligi, aut contemni poſſe veriſimiliter, dubitatur.

Epiſcopi verò, ad tollendos conſcientiarum ſcrupulos, quamprimum, poſt præſentium publicationẽ, vel in die cœnæ Domini, mentem ſuam declarabunt in ſuis

ecclesiis, super quibus synodalibus constitutionibus, alijsq; casibus velint pœnam excommunicationis habere locum.

Excommunicationis pœna, si quando ab Episcopo, ob graues causas, vel rebus deperditis, magni valoris, vbi aliter veritas haberi non potest, seruatisq;, quæ de iure, & Pontificum, præsertim Pij quinti sanctionibus, requiruntur, in ecclesia tantùm non autem in priuatis locis, neq; pascalibus, aut solemniorbus [illegible] tis diebus, sed alijs temporibus publicentur; nisi ex causa, & de expres[illegible]piscopi licentia.

Originales processus acta, & instrumenta de loco curiæ, vel ædibus iudicis, siue actuarij, nullo modo, nec sub prætextu inspiciendi ab aduocato, & consultore longè agente afferantur, aut asportentur, nec copia detur, nisi de Episcopi, vel eius Vicarij licentia; contra facientes, tam dantes, quàm accipientes nòn leuibus pœnis afficiantur.

Appellationes, præterquam in casibus à Concilio Tridentino permissis, ab interlocutoria non admictantur, neq; sub præteclu videndi acta ad metropolitanum transmittantur.

Curabunt Episcopi singuli post hanc synodum statim, vel quanto citius licebit, visitationem generalem instituere pro executione synodalium Decretorum.

Et quoniam à Sanctissimo D. N. publicæ vtilitatis prouintiæ surrentinæ causa, nonnulla petenda sunt, præsertim, quæ ad institutionem seminarij, & præsentium confirmationem pertinent, statuimus, atq; decernimus, quod quicquid communibus nostris, & comprouintialiũ Episcoporum litteris, postulabitur, id huiusmodi ipsius

synodi

synodi nomine, & auctoritate factum intelligatur, perinde ac si publicè in sessione postulatum esset.

De Monialibus.

CONSTITVtionibus monialium, hactenus singulis monasterijs iuxta proprias ipsorum regulas public is, in præsenti synodo nihil addendum censuimus; sed illarum exequtionem, ampliationemq; ordinariorum diligentiæ, atq; iudicio committimus.

Episcopi curabunt omnino, vt ædificiā, & habitatio ipsarum monialium, quæ arcto nimium ambitu clausa, & incōmoda cernuntur, commodiorem, tutioremq; formam nomine monasteriorum dignam, & virginibus Deo dicatis conuenientem, recipiant, & aptentur; vt quod Dei beneficio cœptū est in aliquibus, ita, & in reliquis prouinciæ monasterijs ad communem vitæ rationem, & exactam regularum obseruationem, sublata rerum omnium proprietate, moniales instituantur.

In quibus monasterijs certus numerus nondum est præfinitus, intra sex menses ab episcopo is declaretur, qui pro modo, & facultate loci, seruata cuiusq; ordinis viuendi regula, substentari commodè possit, vt Tridentini Concilij sanctione cauetur.

Et interim nulla futura monialis ingredi monasterium, vel ingressa vestiri permittatur, nisi magna inde, & euidens monasterij vtilitas enascatur, ordinarij arbitrio, & de monialium omnium expreßo cōsensu.

Quod moniali ingredienti monasterium datur, deinceps dos non dicatur; sed sub nomine alimentorum

ipsius

ipsius ingressæ concipiatur.

De ipsis alimentis, ac subuentione, quæ dos dicebatur, pro moniali monasterio persoluenda, nihil certi statuendum esse, neq; statutum ab ordinariis valere, sed prout qualitas personarum, ac temporum postulabit, esse faciendum: quod sacra etiam Illustrissimorum Cardinalium congregatio censuit, decernimus, statuimus, & declaramus.

Nulla puella monasterium ingredi, vel habitum suscipere, siue profiteri religionem admittatur, nisi de consensu monialium maioris partis, per tacita suffragia colligendo; ad professionis verò emissionem nulla admittatur, nisi eleemosynis, censu, siue pecunia, quæ pro predictis alimentis, quæ dos dicebatur, dari debet, integre monasterio, peracto demum probationis tempore persolutis, aut in tuto ipsarum monialium, & ordinarij arbitrio collocatis, seruatisq; constitutionibus, ac cæteris, seruari consuetis, quamdiu autem nouitia in probatione est, excepto illius temporis victu, & vestitu, nihil monasterium accipiat; iuxta Decretum sacri Concilij Tridentini.

Quod, ad puellarum educationem attinet, illud inprimis seruari districtè mandamus, quod litteris Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalis sancti Sixti fuit alias nobis significatum, & iniunctum, quarum tenore propterea hic inseri volumus, cæteris, quæ de ea re, optimè tractanda, in nostris constitutionibus, ac monialium regulis cautum est, in suo robore permanentibus.

Tenor verò litterarum talis est.

Reuerendiss.

Reuerendiss. D. uti fratri Archiepiscopo Surrentino.

REVERENDISS. Domine. Iamdiu Illustriss. Cardinales præpositi decretis sacri Tridentini Concilij interpretandis statuerunt, nullo Concilij decreto probiberi, ne puellæ in monasterijs monialium educentur, quorū mos, & institutū huic consuetudini nō repugnet, & cū eis proximè supplicatū esset nomine Faustinæ Curialis, vt liceat eā collocari in monasterijs monialiū Sanctiss. Trinitatis ordinis Sācti Benedicti istius ciuitatis, in quo honestè, ac piè instituatur, Amplitudinē tuā, admonitā meis litteris esse voluerunt, vt hanc illi potestatem faciat, si tandem idē monasteriū ante hoc tēpus consueuit huiusmodi puellas admittere, eaq; à superiori regulari monasterij scriptā licentiā impetrauerit, & Abbatissæ, ac reliquarū monialiū cōsensus accesserit, ipsa autē puella eo vestitu in monasteriū intromittatur, qui virginali modestiæ, ac pudori conueniat, nullāq; famulā secū adducat, nec permanere in eo possit, nisi vsq; ad ætatis suæ annū x x v. & ibi dū erit eandē seruet clausuræ legē, quā moniales seruant; quo ex loco si semel exierit, nullam postea illuc reuertēdi habeat facultatē. His igitur cautionibus adhibitis, dictā puellā in monasteriū prædictū recipi, & quo ad annis xxv. minor erit, ibidē etiam institui, atq; educari amplitudo tua permittet, cui bonā valetudinē, & omnia fausta à Deo precamur, Romæ die xxiiij. Ottobris M. D. LXXVI.

Vti frater.

Philippus Boncompagnus Cardinalis S. Sixti.

De Pœnis.

DELICTA puniantur, prout de iure, vel cõsuetudine, secundum qualitatem ipsorum, cautum est, non autem ob pecuniam, aut alterius rei gratia, dissimulentur.

Vbi nulla est legibus, aut constitutionibus nostris synodalibus, neq; de iure, vel consuetudine certa statuta pœna aduersus inobedientes, & contumaces, arbitrium sit Episcopo, vel eius Vicario, quam maluerit imponere, prout qualitas delicti, ac delinquentis suadebit.

Quod si delicti causa, mulcta quandoq; veniat imponenda, nihil ex ea in Episcopi, vel Vicarij priuatam vtilitatem retineatur; sed si videbitur, tertia vel quarta delatori, vel exequutoribus tantùm applicanda; reliquum ecclesiæ, & pijs operibus erogetur.

Ex pœnis verò, in hac prouinciali synodo expressis, declaramus, non censeri derogatum cæteris, quæ vel iuris communis dispositione, vel quauis sanctione generali, vel particulari aduersus eosdem ipsos delinquentes, sunt introductæ; sed vel cumulandas, vel iudicis arbitrio eligendas, atq; declarandas.

Et quibus mulcta imponitur, si sint soluendo, Episcopus pœnam non remittat, neq; minuat, nisi graui ex causa.

Si verò soluendo non sunt, nè delicta remaneant impunita, luant in corpore, remediaq; delictis contraria applicentur, vt sic vitia virtutibus curentur, & ordinarij arbitrio condignè puniantur.

Omnia,

Omnia, & singula, quæ in hac synodo decreta, actaq; sunt, qua debemus obedientia, ac reuerentia, auctoritati, & iudicio S. R. E. omnium ecclesiarum matris, & magistræ, semper emandanda, & corrigenda subijcimus.

Si quid in hac sancta synodo contra sacrosancti Concilij Tridentini sanctiones (quod absit) repertum fuerit, ipso facto, & iure irritum sit, & pro non decreto habeatur.

Si quid difficultatis, aut dubitationis in his decretis synodalibus ortum fuerit, maturo Archiepiscopi iudicio, & successorum, determinandum, atq; declarandum, reseruatur vsq; ad alteram synodum prouincialem proximè futuram; salua semper Sedis Apostolicæ auctoritate.

Acta Mediolanensis ecclesiæ, summa ratione, atq; consilio diuino certè afflante spiritu, nostris temporibus pro bono ecclesiarum regimine, non tantùm illius prouinciæ, sed & aliarum, quarum rectores eisdem delectari contingerit, in lucem edita, & Sedis Apostolicæ iudicio comprobata, vnaquecq; cathedralis, & parochialis ecclesia huius nostræ prouintiæ habeat, ad illaq;, in quantum locorum, personarum, atq; temporum conditio ferre poterit sese, accommodet, atq; dirigat.

Liceat de Episcoporum comprouincialium consensu constitutionibus his, imprimendis, quæ ad diuinum cultum, & mores attinent, aliqua addere, vel minuere, iuri, & ecclesiasticis constitutionibus consentanea, salua præsentium constitutionum, validitate.

Confirmatio præsentis synodi.

REVERENDISS. Domino vti frater Domino Archiepiscopo Surrentino &c.

Reuerendiß. Domine vti frater. Decreta prouincialis synodi Surrentinæ, quæ amplitudo tua ad Sanctiss. Dominum nostrum misit, visa, & considerata fuerunt à sacra Congregatione Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, quibus ea res commißa fuit. Itaq; nunc illa ipsa, cum quibusdam notis in prædictæ synodi margine, ac etiam separatim, descriptis, ex S. suæ auctoritate ad amplitudinem tuam remittuntur, vt iuxta eas synodum ipsam aptandam, edendam, atq; exequutioni mandandam curet. Id quod cum eam diligenter facturam non dubitemus, quod superest, bonam ei valetudinem, & in isto grege custodiendo vigilantiam, precamur. Romæ, die xij Martij M. D. LXXXV. Amplitudinis tuæ.

vti frater

Philippus Boncompagnus Cardinalis
Sancti Sixti.

Al Ill. & Reuerendiss. Signor come fratello Monsignor l'Arciuescouo di Sorrento.

ILL. & Reuerendiß. Mons. come fratello &c. Si rimanda à V. S. il suo Sinodo prouintiale con le annotationi de questi Illustriss. miei Sig. non resta altro, se non, che conseguiti vna pronta essecutione à tante buone constitutioni. & mele racomando, & offero sempre di core, che Dio la prosperi in sua gratia Di Roma il di 22. di Marzo M. D. LXXXV.

D. V. S. Ill. & Reuerendiss.

Come fratello Amoreuole

A. Cardinale Carrafa.

Synodus Diœcesana surrentina sub Reuerendiss. D. Iosepho donzello Archiepiscopo habita anno 1585.

IN qualibet synodo Diœcesana legatur, & fiat scrutinium iux. scrutinium Bononiense. Item legantur, & quatenus opus sit, declarentur monitiones synodales, de quibus Conc. Mediol. 4. & aliquid de tractatu silentij, de quo, per Nauarrum.

Fiat liber, in quo describantur omnia edicta, quæ fiunt per Reuerēdiss. Archiep. vel eius Vicariū, cum fide publicationis eorundem, & seruentur in archiuio.

Non habentes bullas suorum beneficiorū intra mensem, ab hodie computandum, intelligantur, & sint eorundem beneficiorum iure, ipso facto, priuati.

Olea sacra maioris ecclesiæ caute custodiantur in sacristia palatij, vnà cum reliquijs, & in Parochijs in loco tuto, & bene clauso, ita quod clauis sit semper penes Parochum, & non alium.

Reliquia maioris ecclesie argento, ac vitro inclusa, ac firmiter clausa perpetuò ità maneant, vt nemini in posterum aperienda, vel intus vasa inspicienda concedantur, sub pœnis in declaratione iam facta, de qua per inst. decretis præsentis synodi, allegandum.

Lapides ecclesiæ marmorei ab ecclesia, vel palatio Archiepiscopali nō extrahantur neque vendi, aut quouis

nis alio modo alienari, nec laicis concedi, liceat.

Edificetur prope ecclesiam cubiculum pro sacristano, & clericis eidem inseruientibus, communibus expensis ecclesiæ, & seminarij; & carceres etiam à seminario disiungantur.

In seminario non recipiantur clerici minores annis duodecim; & illi tantùm, de quibus certa spes erit ecclesiæ in omnibus necessarijs die noctuq; iux ordinum functiones, satisfacturos.

Præbendati sciant se teneri in missarum celebratione sæpe memoriam facere defunctorum, qui fructus beneficiorum, & præbendas reliquerunt; & pro eis etiam horarias preces mortuorum persoluere.

Præbendati, & obnoxij quotidianis canonicis horis, in ecclesia decantandis nihil percipiant ex distributionibus quotidianis, vel integras præbendas, mensæ capitulari communicent, prout aliàs in prima dioecesana synodo fuit statutum.

Similiter & qui missis celebrandis suis loco, & tempore deficiunt, etiam mulcta soluta, teneri missarum celebrationi nihilominus pro ipsis defunctis, quanto citiùs, adhuc satisfacere.

Chori præfectus constituatur, qui insignibus Canonicorum gaudeat, in choro sedeat, & officium exerceat, vt moris est in alijs ecclesiis, in quibus habetur hæc dignitas; & eo absente, illius locum teneat, & officium exerceat dignior, qui presens tunc fuerit in ecclesia.

Chori præfectus eligitur Abbas Marcellus falangola; qui pro nunc sedebit inter Canonicos, post Reũ. Cortisium immediatè.

Thesaurarius sit dignitas, vt in alijs prouintiæ eccle

 siis,

sus, qui actu fideliter, & diligenter officium exerceat, & cautionem præstet, eligatur idoneus, & non, nisi de voto, & assensu, totius Capituli, approbatus.

Prædia Ecclesiæ non locentur, patronis, nisi ex magna causa, & euidenti Ecclesiæ vtilitate, per Ordinarium, prius discussa, recognita, & approbata.

Absolutio à iuramento nemini concedatur, nisi prius per testes duos saltem, fidedignos, summariè, & extraiudicialiter examinandos, verisimiliter curiæ Archiepiscopali constiterit de bono iure petentis ipsam absolutionem; ne facilis via litibus & vexationibus aperiatur.

Non concedatur contrahi matrimonium per verba de præsenti intra tempora à Sacro Concili Trid. vetita, nisi ex magna causa; quia compertum est, quod post huiusmodi dispensationem, vt plurimùm sequitur consumatio matrimonij ante benedictionem, & quòd statim in conuiuijs, & choreis tempus insumitur.

Non audiantur à Confessarijs pœnitentes paschæ tẽpore, præsertim rudes, qui secum non habuerint coronam, vel ignorant credo; sed transmittantur ad Episcopum, pro habenda in scriptis licentia, exceptis mulieribus, quas satis erit præmonere, & grauiter increpare.

Parochi omnes habeant librum, in quo describant morientes, diem mortis, et legata pia, per ipsos morientes relicta, & diem testamenti, & nomen notarij rogati; nec mortuos sepeliant, nisi prius habita fide in scriptis relictorum ad pios vsus, apposito die facti testamenti, & nomine Notarij.

Statuatur terminus vnicuiq; Ecclesiæ parochiali, intra quẽ ab hominib' parochiæ cõgrua merces Parocho,

quæ

quæ nõ sit minor triginta aureis, cauta omnino reddatur

Habeant librũ Parochi, in quo describantur paupe res miserabiliores, quos omni cura, atq; ope iuuare, vt tenentur, euigilabunt, & populo cõmendabũt, vt pro ipsis collecta fiant: & in dispensatione panis primi vocentur, & vberiorem eleemosinam recipiant.

Dispensatiò eleemosynarum siue panis non fiat, nisi verè pauperibus, neque sub titulo, & prætextu iurispatronatus, & ijs tantùm, qui fidem scriptam paupertatis à proprio Parocho signatam, secum attulerint.

Curabunt Parochi omnes, vt in sua parochia erigatur societas, siue mons pietatis, pro pauperibus infirmis adiuuandis, ac puellis pauperibus matrimonio collocandis.

Medici ac chirugici statim, vbi ad infirmum vocati fuerint, illum admoneant vt peccata confiteatur; horteturq; vt illius familia tota idem præstet, quo facilius à Deo sanitas corporis, simul & animæ impetretur, nec ad infirmum redeant, nisi fide confessarij scripta constiterit, eundem infirmum paruiße, & ipsorum infirnorum notitiam Parocho dare non differant.

Parochi staim, vbi intellexerint aliquem in sua parochia infirmari, ipsum, & illius familiam peccata confiteri patemis hortationibus, curabunt, pijsque meditationibus, orationibus, quibus commodè possunt, & singuli fideles tenentur, præsertim infirmi, vacare, & singulis quindecim diebus, si longa erit infirmitas denuò confiteri, seu reconciliari, hortetur, pariter, & paupertate laborantem

popùlo,

populo, & ijs, qui poßunt subuenire, commendare non ceßent.

Capellæ maioris ecclesiæ, & parochialium ecclesiarum, nondum dotatæ, nec ornatæ debitis, & consuetis ornamentis, dotentur, & prouideantur de neceßarijs à patronis intra duos mẽses à publicatione præsentis decreti, aliter censeantur patroni dictis cappellis, & sint ipso iure priuati.

Qui possident missas, celebrandas in ecclesia maiori, teneantur habere propria indumenta sacerdotalia, siue paramenta, pro missis celebrandis, iux. decretum Concilij prouincialis, intra terminum duorum mensium, à publicatione præsentis decreti computandũ, sub poena ducatorum quinquaginta, fabricæ eiusdem maioris eccl. applican. & suspensionis ab ordine, & beneficijs, ex nunc pro vt ex tunc in casu contrauentionis, ipso facto incurrenda, nisi longiorem dilationem, ex iusta causa concedendam, scriptam à nobis, vel nostro Vicario obtinuerint.

Sub eisdem pœnis teneantur præsbyteri, & clerici omnes, intra prædictum tempus habere libros, alias iniunctos, & ipsis necessarios.

Reuer. Vicarius singulis annis, & quoties opus erit, videat, & recognoscat, an sacerdotes missas celebrantes, ritè, & rectè munus suum iuxta ritum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, peragant, mißamq; illorum priuatè audiat, & paternè corrigat.

Constituatur terminus reparationi ecclesiarum, & prouisioni ornamentorum ac necessariorum Abbatiarum S. Petri ad Crapollam, & ad maritimam magnam sub pœnis arbitrio Reuerendiß. Archiepiscopi.

Abbas

Abbas Angrisanus praesentet capellanum, & restituat fructus intra mensem, alias careat iure praesentandi, & beneficium capellaniae ab adepta possessione abbatiae S. Petri vacasse intelligatur.

Recognoscatur defectus missarum, & diuinorum officiorum non satisfactorum, & illorum fructus, siue mulcta expendatur in vsus sacristiae maioris ecclesiae.

Diuina officia nullo pacto in ecclesia fiant extra chorum, & silentium indictum ibidem omnino seruetur.

FINIS.

Index titulorum præsentis synodi.

De Sa-

FINIS.

Imp. P. Regius Epiſcopus Equenſis.

\+ celebris plurimor. operu Auctor

Regiſtrum.

A B C D E F G H.

VICI Æquenſi Apud Ioſephum Cacchium.

M. D. LXXXVII.